JOHANN. BUXTORFI

INSTITUTIO EPISTOLARIS HEBRAICA,

Cum

Epistolarum Hebraicarum familiarium

CENTURIA,

Ex quibus, pro auspicato incipientium subsidio, quinquaginta punctis vocalibus animatæ, versione Latinâ & Notis illustratæ sunt.

Adjectus est omnium argumentorum index:

Item Abbreviaturarum epistolicarum succincta explicatio.

אם לא עכשיו אימתי

Si non modo; ecquando?

BASILEÆ,

Typis CONRADI WALDKIRCHI.

clɔ lɔ c x.

JOH. BUXTORFIUS

JOHANNI DRUSIO JOHANNI UTENBOGARDO DANIELI HEINSIO.

Viris reverendis & clarissimis, amicis suis in Belgio honorandis, S. D.

OFFERO vobis, Viri clarissimi, libellum de re antiqua novum. Ab ultima enim antiquitate est, amicos per epistolas, mutuos inter se sermones conferre. Inter doctos id doctè factum, certis capitibus usurpatis, quæ idcirco Græci & Latini per præcepta & exempla formularia explicare occuparunt. At sermonis Hebræi scripto comptè & venustè exercendi ratio, paucis hactenus inter Christianos innotuit. Et quomodo innotuisset, quum nemo eam indicarit? Indicatam autem à quopiam mortalium unquam fuisse, magnum erat operæ pretium. Sic enim istius linguæ usus longè longeque patentior, familiarior & suavior, ardentiorem sui amorem in animis juventutis concitasset, pluresque sui cultores blandè allexisset, qui sic in Bibliorum Hebraicorum fami-

liaritatem penitiùs sese dedidissent. Quin & laudis non prorsus vanæ igniculi ipsos admirabiliter accendissent, si laudes Dei linguâ Dei potuissent sermone & scriptis commemorare, cum populo Israëlitico linguâ Israëlis amicè & familiariter conferre. Quod ergo hactenus nemo fecit, id ego nûc facere aggressus sum, & viam non tritam, terendam & in plano decurrendam in hoc libello monstravi. Memor scilicet illius Hebræorum sapientissimi Hillelis: *In loco ubi non est vir, tu te virum exhibe.* Studio autem habui tyronibus inservire, qui fido non minus, quàm etiam alacri & comi ductore opus habent. Hebræo sermoni vocalium figuras, in familiari aut communi scribendi usu addere, Judæis planè inusitatum est, unde etiam puerile censetur, si à nostris fiat. At quia citra vocalium adminiculum nostræ juventuti, etiam mediocriter in Biblico sermone exercitatæ, legere difficillimum, vel etiam impossibile videtur; ideò dimidiæ epistolarum parti vocales addidi. Sic omnino persuasi mihi, plures ad ipsarum lectionem accessuros; ubi verò hęc vestigia benè pertriverint, paratiores & alacriores in secundum librum penetrabunt. Deinde quia intellectus verborum, plurimum ad veram legendi rationẽ facit, ideo decem alias epistolas, vocalibus nudas, Latinè tantùm reddidi, ut juxta vocum sensum, vocales ipsis tanto facilius addi possint. Notas verò his omnibus adjeci, quibus cùm verba ob-

ſcuriora & difficiliora, tum phraſes & Hebraiſmi perſpicuè explicantur, imitationis ratio oſtenditur, loca biblica, unde locutiones ad familiarem uſum traductæ, indicantur. Neque vulgare habeatur, id probè admodum & accuratè animadvertere. Artificii eſt ſingularis & induſtriæ exquiſitæ, locutionem ſacram ex gravi & auguſto ſenſu, ad familiarem & quotidianum in vita communi loquendi uſum, aptè & ſcitè accomodare. Specimen ejus ſatis illuſtre in hoc epiſtolarum libello proponitur. Præterea cùm non ſatis fuiſſet, nudas epiſtolarum formas dare, quales libelli vulgares judaici continent, niſi plenior quædam informatio de conſuetudine judaica acceſſiſſet, ideo Inſtitutionẽ epiſtolarem adjeci, quâ præceptis & exemplis ſufficienter declaratur omne id, quod ad judaicam ſcribendi conſuetudinem requiri poſſe videtur. Hujus Inſtitutionis occaſionem præbuerunt doctiſſimorum Rabbinorum ex Italia & Germania manuſcriptæ epiſtolæ, quæ tempore editionis Talmud ante triginta annos Baſileam ad Correctorem Judaicum miſſæ, tandem ſingulari fato ex aromatariorum officinis ad manus meas pervenerunt. Hæ totum artificium epiſtolicum mihi primò monſtrarunt, multò etiam magis, quàm editi libelli, ſtilum familiarem edocuerunt, unde & theſauri loco diu mihi fuêre. Sed ubi mihi in mentem veniſſent hæc Senecæ: *In ea gaudeo aliquid diſcere, ut doceam. Nec*

me ulla res delectabit, licèt eximia sit & salutaris, quam mihi uni sciturus sum: si cum exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam, nec enunciem, rejiciam. Nullius boni sine socio jucunda possessio est, epist. 6: proposui ea cum studiosis liberaliter communicare. Fecissem id, & certè debuissem, longè citiùs, sed nescio quomodo semper graviores curæ, manum ab hac opella averterunt. Attamen Lexici Chaldaici, Talmudici & Rabbinici operosior labor, tum etiam æstivi calores satis ferventes, effecêre, ut hoc exercitio, quasi jucundiore & leviore, me nunc recrearim. Sat citò quidem, si sat benè.

Hunc verò meum qualemcunque laborem, Vestræ memoriæ, Viri clarissimi, sacrum esse volui, cujus mihi tres potissimùm causæ. Prima, fidei mei erga vos obligatio, quæ solvi debuit. Tibi enim, Drusi præstantissime, ante plusculos annos, me hoc opusculum publici usus facturũ, promisi, quod idem postea omnis doctrinæ lumini Illustrissimo Scaligero, p. m. id à me petenti, iteravi. Vobis verò etiam, Utenbogarde & Henisi clarissimi, posteaquam Scaligeri consilium de hoc negotio ex me intellexistis, idem me præstiturum recepi: quin etiam, quòd in magni istius Scaligeri amicitiæ locum mihi successistis, vobis nunc, quod ipsi, me debere statuo. Accipite ergo hæc à me nunc in solutum, modo talis ipsorum præstantia sit, ut soluti nomen apud vos mereantur, de quo ἀποχὴν vestram exspectabo.

ctabo. Altera, communis & incredibilis vestra erga me benevolentia. Hanc, tu Drusi honorande, cùm publicè ante aliquot annos, publicâ epistolâ, quâ me in tuorum amicorum catalogum in libro tuo De quæsitis per epistolam, honorificè retulisti, testatus es; tum etiam sæpe privatis literis & præclaris tuorum Scriptorum donis erga me confirmasti, ac etiam num in eadem studiosè persistis. Vestram verò, Utenbogarde & Heinsi, erga me amicitiâ, novam illam quidem, sed inusitatâ benevolentiâ comprobatam, quomodo satis dignè celebrabo? Ne vana sit mea prædicatio, en animi grati tesseram. Ea si non vestris meritis par sit, sit saltem symbolum & indicium verum tantæ gratitudinis, quanta à me proficisci nunc potuit. Tertia, summa vestra in doctrinæ theatro authoritas, dignitas, splendor. Vos illi estis, qui de his literis & de hoc studio sacro, optimè judicare potestis, quod vestri accuratissimi labores, studia & consilia omnia, publicè & privatim satis superq; testantur. Quòd si & nunc vos hocce meum propositum, de literis Hebraicis, novo hoc adminiculo promovendis, vestra authoritate comprobaveritis, incredibile momentum huic meo consilio adjicietis, & juventutem supra modum ad hæc studia ardentiùs persequenda, inflammabitis. Mihi verò etiam animum addetis, ut de hoc labore amplificando & ornando in posterum cogitem, ad quod vel jam media suavissima & utilissima

minimè deessent. Sed prælibare & gustare priùs oportet, antequam major appetitus excitetur. Interea si qui etiam linguæ Hebraicæ in scribendo nitorem, elegantiam, puritatem & splendorem videre ulterius cupiunt, illi legant *Hakdamoth*, id est, Præfationes librorum Judaicorum. In iis enim quisque author eloquentiæ suæ vim ostentat, & omnimodum cultum orationis studiosissimè sectatur. Sed & ab his virtutibus insigniter commendatur liber *Bechinath olam*, qui editus est nuper cum commentario illustri. Hunc legunt Judæi, quotquot eloquentiam ambiunt. Valete Viri Clarissimi & amici honorandi, & me vestri nominis amantissimum, mutuùm amate, mihiq; & meis studiis favere pergite. Basileæ sub finem ferventis Sirii, quod tempus studiis gravioribus ut incommodum, sic mihi quoque de jucundissima hujus exercitii materia, diutius vobiscum colloquendi, argumentum præripit. Aspergam tantùm in hunc sensum hoc Judæorum vulgò quidem joculare, verum tamen dicterium, quod idcirco etiam retrogradum est, חום הרב שבא באב שבר המוח Id est, *Aestus ingens qui venit in Julio, rumpit cerebrum.* Anno Christi Salvatoris nostri,

cIↄ Iↄ c x.

JOH.

JOH. DRUSIUS JOHANNI BUXTORFIO S.

Superioribus nundinis, si rectè mea curata sunt, binas à me literas accepisti, una cum libellis, Elohim & Tetragrammaton. Ex iisdem potuisti cognoscere, quàm grata mihi fuerit dedicatio Epistolarum Hebraicarum vel potiùs Judaicarum, quanquam in stilo nonnihil desidero. Cæteras epistolas, de quibus scribis, avidè exspecto, & ut edas, hortor, cum versione tua & notis. Sic enim optimè mereberis de φιλοεβραίοις, &c. Vale. Franekeræ 21. Febr. 1605.

JOSEPHUS SCALIGER, IULII CÆSARIS A BURDEN Filius, Ornatiss. & Doctiss. Viro, JOHANNI BUXTORFIO S.

Meum de eruditione tua judicium, quod ex lectione Synagogæ tuæ Judaicæ, amico nostro JACOBO AD PORTUM *exposui, fecit, ut is me non solum in ea sententia confirmaret, sed etiam ut, quem laudabam antea, mirari & amare cœperim. Postquam enim de peritia Hebraismi, de qua etiam cum eximiis Judæorum Magistris certare potes, multa præclara narrasset, adjecit de probitate, humanitate & comitate, quæ me amore tui accenderent, ut ultrò amicitiã tuam ambirem. Fecit ille, quod meum erat, ut priùs amicitiam inter nos conciliaret, quàm ego eas partes mihi po-*

scierem. Itaq; inter nos instituta est amicitia interventu alieno, ad quam sola benignitas tua, & invitare & admittere poterat etiam eos, quibus tu non ita notus es, ut mihi. Quia igitur JACOBO *nostro, magnum usum amicitiæ tecum fuisse sciebam, nō veritus sum ab eo contendere, ut Itinerariū Benjamini mihi curaret auxilio tuo, quod, quâ gratiâ apud Judæos polles, non dubitabā, te posse illud ab eis impetrare, quod quidem ego frustra conatus sum, qui postquam illud in bibliopoliis Germaniæ invenire non potui, quum à Judæis spes quædam superesset, posse quocunq; pretio haberi, nihil quàm operā me perdidisse sensi. Quare quod id à te dono acceperim, tanto mihi carius est, quāto magis præter spem mihi accidit. Sed de Lexico Judaico* DAVIDIS DE POMIS *hac fuit mens mea, ut à Judæis illud quātivis emeretur, non ut tu careres tuo. Magnas verò gratias ago de Itinerario isto, siquidē ullas pro merito tuo reddere possim, qui rem tam avidè exspectatā, & tam frustra à me tentatam, præter spem & nihil minus, quàm id cogitans, accepi. Volumen Epistolarum Judaicarum à te nuper publicatum, cogit me, ut à te petam, quod jam occupavit facere* DRUSIUS *noster, ut justum aliquod corpus ejusmodi epistolarum à te collectarum edatur, unà cum interpretatione & notis suis. Hoc sine dubio accendet juventutem nostram amore Hebraismi, quæ non odio literarum Hebraicarum, à lectione librorum Judaicorum aliena est, sed inopiâ magistrorum. Quis enim studiosis juvenibus viam ad lectionem Rabbinorū præibit, quum seniores satis habeant, satq; se profecisse putent, si textum biblicum intelligant? qui ideo juniores à lectione*

inter-

interpretum Judaicorum deterrent, ne μαθηταὶ eva-dant κρείττονες διδασκάλων. Certè cùm amor lingua-rum in Italia, Gallia & Germania tepeſcat, in nulla ſanè hoc magis cernitur, quàm in Hebraica. Quemad-modum igitur, quia nō habent, qui eos manu ad fontem deducat, aut ſaltem ad illud ſtudium accendat, non du-bium eſt, ſi novum aliquod opus nacti ſint, ex quo doctri-næ illius inſtitutiones, exempla & præcepta haurire poſ-ſint, quin ex illa copia tanto propenſiores ſint ad Hebra-iſmum amplectendum futuri, quantum ex inopia ab eo deterrebantur. Nullus hodie vivit, qui eam provinciam melius adminiſtrare poſſit, quàm tu. Quòd ſi hoc à te impetramus, ego primus in diſcipulis nomen profiteor meum, qui quod minus in Hebraicis profecerim, id par-tim ingenioli tenuitati, partim librorum & magiſtro-rum penuriæ aſcribo. Itaq; me nunquam pudebit γη-ράσκειν πολλὰ διδασκόμενον, neq; me tam pudet neſcire fateri, quàm dolet, unde diſcam, non habere. אין תורתי צורבא דרבנן tantum abeſt, ut ſperem אלא בשפה וחוץ evadere, &c. Vale Lugduni Batavorum Kal. Jun. Juliani CIↃ IↃ C VI.

JOSEPHUS SCALIGER JOHAN. BUXTORFIO ſuo S.

Niſi tu prævertiſſes me, ego occupaſſem iterum ad te ſcribere. Sed cùm in eo eſſem, ut manum ca-lamo admoverem, oppreſſit me in hac cogitatione epiſtola tua, quæ ſimul argumentum prioris conſilii mutavit. Quum enim novi, quod ad te ſcriberem, nihil haberem, aliquid tamen ſcribendi occaſionem nactus eram, quod,

quum tandem Lexicon Davidis de Pomis, quod reperire plurimi faciebam adeptus sim volebam tibi significare, tanti non esse, ut tantopere à me expeteretur. Nam ne inter mediocriter quidem doctos gentis suæ eum pono, & nostrorum hominum libri faciunt, ut æquo animo illo Lexico carere possimus. Ego sum unus inter Hebraismi non peritos (non enim tali me dignor honore) sed studiosos, qui minimos progressus in ea lingua fecerim. Puderet me tamen, si uberiorem silvam vocum ex longa observatione & jugi lectione mihi nõ reposuissem. Præterea, quũ sit איש יהודי מאבותיו, tamen ita aliquando ἰδιωτικῶς loquitur, ut non Judæus, sed tiro quidam de Christianis esse videatur. Deinde quot omisit etiam in Hebraismo, quæ præterire, magnum crimen negligentiæ est. Profectò oportebat eum non ad Rabbinorum suorum, sed tuos pedes didicisse. Sane ille multa à te, tu nihil ab eo discere potuisses. Quod si fefellit me spes mea, est tamen quod gaudeam, quòd quanquam oleum, vel potius nummos perdiderim, est aliqua voluptas potiri eo, quod optaveris. Quòd autem תפוחי cognomen ei sit, id est, Pomarius, suosq; Majores à Vespasiano Romã traductos fuisse dicit, ego sanè scio illo sæculo Judæos in Proseuchis suis, ut Romanos in sacra via, poma vendere solitos, ut disertè extat in veteri inscriptione Romana, P. CORFIDIO. SIGNINO. POMARIO. A. PROSEUCHA. Nam Judæum fuisse, argumento sit Proseuchæ nomen. Atq; mi Buxtorfi, hoc fuisset argumentum epistolæ meæ si literas tuas non accepissem. Nunc ei cumulus ex eis accedet: & primùm, quòd precibus meis effeci, ut Epistolarum Hebraicarũ editionem nobis pollicearis, est quod mihi gratuler,

tuler, qui à te hoc elicuerim, deinde studiosis omnibus, in quos fructus illius editionis, non minus quàm in me redundaturus sit. Vale. 3. Eid. Octob. Juliani 1606.

VIRO CLARISS. JOHANNI BUXTORFIO, Professori litterarum Hebræarum, in Acad. Basil. S.P.D.

CASPAR WASERUS, Tigur.

EDitionem epistolarum Hebraicarum meditari te audio, BUXTORFI *Clarissime: & audio lubens: lubentiùs verò; quòd in hoc genere nulli, aut pauci, aliquid hactenus tentârunt: & tantum hîc præstare te quidem posse scio, quantum non possit alius: ut tùm alia ingenii & industriæ tuæ clara specimina, à te in publicum elaborata, tum nobilis ille Thesaurus grammaticus, & accurata valdè Radicum Epitome locupletissimè testantur. Tu perge in curriculo quod Deo duce, & Naturâ comite dudum ingressus es, cumq; laude confecisti. Nosti protritum Ben-Syræ apophtegma:* היום קצר והמלאכה מרובה: *Sed & isthoc, credò, calcar tibi addet; quòd, ut alii probatissimi viri in genere epistolico, verùm Græcæ & Latinæ tantùm linguarum, utiliter laborarunt, tu eam linguam formas, expolis & perficis; cujus cognitio si non supina aut proletaria; sed elegans atq; accurata sit, fulcrum & basis est, in qua divinissima Bibliorum monumenta nituntur. Sæpenumerò miratus sum, & etiamnũ miror, immò vehementer lamentor, multos non solùm parum operæ atq; curæ impendere ei linguæ, sed ad eam etiam nauseare, ut mulieres; quæ*

uterum ferūt: cujus tamen dignitas, antiquitas & utilitas tanta; quanta verbis exprimi nequit: quâ usus est πρωτοπλάσης omnis humanæ creaturæ Adam: in quâ hoc ipsum Adami nomē à conditore Universi obtinuit idem: in qua cæteris etiā animantibus nomina primitus data: qua, γαίας καθ' ἐδέθλια βωπαρείρης, communiter usi, ab orbe condito, per annos mille septingentos, quum hominibus ex montibus Ararati ortis

— — — ἵετο θυμὸς
ὑψῶσαι πινὰ πύργον εἰς αἰθέρα ἄχρι κάρηνον:

à quo demum tempore existere cœperunt linguæ aliæ, ut filiæ hujus matris Hebrææ. Certè utilitatem si spectes, in Theologia quotquot præstantes eximiiq; fuerunt, hanc linguam magnopere amârunt, vehementerq; coluerunt: siquidem plenam & planam, facilemq; mysteriorum divinorum cognitionem assequitur is, qui hujus est peritus: è contrario, qui ejus imperitus est, tam longè ab ea jure removetur, quàm longè ab architectonica is; quem necessaria ad eam instrumenta deficiunt. Bene hinc Augustinus: Contra ignota signa magnum remedium est linguarum cognitio, Hebrææ scilicet & Græcæ: & Hebrææ inprimis; cujus idiotismos non paucos Græca retinet. *De iis; qui Medicis excelluerūt disciplinis dici possit idem: quum præclarissima Arabum scripta, quamvis utcanq; Latinè reddita; tamen non sine Hebrææ linguæ adminiculis; quibus demum ad fastigium Arabicæ ascenditur, intelligat omnino nemo. Unde tot Plantæ, Aromata, Fructus, simplicia compositáve Medicamenta, nominibus Arabicis ab annis quingentis & amplius circumferuntur;*

tur; quorum tamen proprietatem pauci assecuti sint, quòd videlicet matris Hebrææ, & filiæ Arabicæ notitiã absolutam non teneant. Neque quenquam unquam repertum iri confido, qui hosce rivulos in cæteras quoq; disciplinas ac artes redundare neget, nisi qui sine ingenio, sine litteris, tanquam Verres aliquis Ciceronianus, solus judicaturus sit. Quantum boni, quæso, præstat hæc lingua Chronologo, ut de cæteris sileam? Equidem quod divinus author Plato de sua Geometria magnificentissimè pronunciavit, Ἀγεωμέτρητος οὐκ εἰσίτω, innuens ei, qui Geometriæ ignarus sit, ad suum Lycæum aditum & ingressum præclusum esse: id de Chronologia verissimè dixeris, Ἀνεβραῖος οὐκ εἰσίτω: res quandoquidem minimè dubia est sed certa atq; concessa apud omnes eos, qui supputationi atq; emendationi temporum operam navant, Post investigatum annũ Passionis Domini consulendum esse Kalendarium Hebræorum, ut ex illo mensis Paschalis eliciatur, atq; ex situ Plenilunii dies Passionis indicetur. Quomodo autem rudis litterarum Hebræarum Kalendarium isthoc intelligat? Plura scriberem in hanc sententiam, si apud alium, quàm apud te, Vir amicißime, verba facerem. Ex his tamen probè intelligis, quàm minimè fallatur is, qui non tam acrem cupidinem, & inde essam operam tuam, quibus Rempubl. litterariam Hebræam egregiè juvas, promoves, exornas, admiratur & suspicit: quam cui ipsi curæ & amori est, hanc linguam omni studio excolere, cumq; cæteris, Græcâ, Latinâ conjungere. Vale, ἱερῶν μουσῶν ἱερὸν φίτυμα, & me, quod facis, ama. Tiguri K L. Quinctilib. quando omnia ancipiti metu intestini belli apud nos

suspensa & suspecta fuerunt: quæ opto ut brevi sopiantur, in Reipub. & Ecclesia ac Scholæ nostræ bonum. In studiis etenim, fervente Marte, aut languidè versamur, aut sistimur prorsus. Anno τῆς χριστογονίας M. D C X.

INDEX CAPITUM INSTItutionis Epistolicæ.

Index Argumentorum
Libri Primi.

):( ):(

Index Argumentorum LIBRI II.

5 Gratias

EXPLICATIO SUCCINCTA ABbreviaturarum, quarum usus in epistolis frequens est.

ABbreviaturæ sunt, quando initiales duarum pluriúmve dictionum literæ conjunctę, per compendii modum integras suas dictiones denotant, in quem finem duobus apicibus supernè notari solent. Hebraicè vocantur רָאשֵׁי תֵיבוֹת, Capita, Initia dictionum. Attamen & literæ, numerum denotantes, sic quoq; apicibus notantur, quæ ex sensu à dictionum abbreviaturis discernendæ sunt.

א״ה

אם יִגְזוֹר *vel* יַעֲזוֹר הַשֵּׁם *Si voluerit aut opem tulerit Deus: Deo volente, juvante divino Numine.*

אעפ״י

אעפי

Vide in epistolis pag. 209.

בחרנ בנחש

Vide Institut. pag. 59.

בעיה

Præponitur & ש : vide pag. 209.

נכ

גם כן *Etiam sic, Sic quoque, Pariter.*

דרג

Vide Instit. pag 59.

דש

דרש שלומך *Quærens pacem tuam: Tui commodi studiosus.*

החר

Vide in epistolis pag. 207.

הנל

הנזכר למעלה *Commemoratus suprà, Prædictus.*

הנר

הנעלה רבי *Excellentissimus Rabbi.*

הקבה

Vide in epistolis pag. 118.

השי

השם יתברך *Deus, qui sit benedictus. Præponitur & ד.*

ואשרי ואמשר

Vide Instit. pag. 54.

והברית · והמל תעב

Vide Instit. pag. 60.

והשי

Vide paulò antè.

וחל׳ וחלב

Vide Institut. pag. 59.

ולכא״לש

וּלְכָל אֲשֶׁר לוֹ שָׁלוֹם *Et omnibus suis salus sit. Additur & ר in fine, pro* רַב*, ut paulò antè.*

ופ״נן׳ ופפ״ריין

Vide Instit. pag. 59. 60.

וש״ש

וְשָׁלוֹם שָׁלוֹם *Et salus, salus: Vale etiam atq; etiam.*

ז״ל

זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה *Memoria ejus sit ad benedictionem. Si de pluribus dicatur, tum legendum* זִכְרוֹנָם *Mem. ipsorū. De piis defunctis ejus usus, ut & sequentis.*

זצ״ל

זֵכֶר צַדִּיק לִבְרָכָה *Memoria justi sit ad benedictionem.*

וזיו״א

Vide Instit. pag 15.

יצ״ו

Vide Instit. pag 15.

יר״ה

יָרוּם רוֹם הוֹדוֹ *Exaltetur celsitudo magnificentiæ ejus. Sic de viris principibus loquuntur, quando nomen ipsorum exprimunt.*

ית״ש

יִתְעַלֶּה *vel* יִתְבָּרֵךְ שְׁמוֹ *Exaltetur, vel, benedictum sit nomen ejus. De Deo sic loquuntur.*

כ״ח

כִּחֵפֶץ*, vel,* כֹּה חָפֵץ *Juxta votū, vel sic optat, desiderat.*

כ״ך

כָּל כַּךְ *Tantopere.*

נמף

כמ״ר׳ כמה״רר

Vide Instit. pag. 15.

כע׳

כַּעֲתִירָה *Juxta precationē, Juxta votū, ut paulò antè.*

לא״א

לַאֲדֹנִי אָבִי *Domino vel Domini patris mei.*

לכ״ם

לָכֶם *Vobis. Hoc potest legi ut Pronomen per se, si ad plures quis scribat. At elegantiæ est, si simul apices imponantur, tum honoris ergô legendum, לִכְבוֹד מַעֲלַתְכֶם, Gloriæ dignitatis vestræ.*

למכ״י למ״כת

לְמַעֲלַת כְּבוֹדְךָ *Dignitati gloriæ tuæ: vide pag. 207.*

לע״ט׳ לע״ש

לְעֶרֶב יוֹם טוֹב *Vesperâ diei boni, id est, festi. Sic,* לְעֶרֶב שַׁבָּת *Vesperâ sabbathi.*

לפ״ק

Vide Instit. pag. 46.

מ״ח

Vide Instit. pag. 59.

מה״רר

Vide paulò antè in כמ״ר׳

מכ״י מכת

Vide paulo ante in למכ״׳

מ״מ

מִכָּל מָקוֹם *Tamen, Attamen, Nihilominus, Omnino tamen.*

מ״ש

Vide Instit. pag 30.

ס״ד

סוף דָבָר *Finis rei: Deniq;, Postremò.*

ע״ד

Vide Instit. pag. 30.

ע״ש

עִם שָׁלוֹם *Cū salute vel salutatione, ut in Inst. pag 24.*

ק״ק

Vide in epistolis pag. 83.

ר״ד

Vide Instit. pag. 29.

ש׳

שֶׁיִחְיֶה *Qui vivat. Si de fœmina dicatur, tum scribitur* שתי׳ *pro* שֶׁתִּחְיֶה *Quæ vivat. Usurpant, quando viventis nomen ponunt.*

שליט

שֶׁיִחְיֶה לְיָמִים טוֹבִים *Qui vivat in dies bonos. Addunt & א in fine, pro* אָמֵן. *De vivente.*

של״ש

Vide Instit. pag. 17.

ש״ר

שָׁלוֹם רַב, *Salus plurima.*

תל״ תלח

Vide in epistolis pag 98.

JOHAN.

Johann. Buxdorfi INSTITUTIO EPISTOLARIS HEBRAICA.

Caput Primum

De variis Epistolæ nominibus.

Antequam de re explicatè agere incipiam, planiórq; in eam sit aditus, nomina ejus primùm proponam, ut tanto certiùs cognoscatur, quid sit quod dicitur. Nomina enim sunt notæ rerum, & res sua appellatione notas faciunt.

Epistola nomen est, quod à Græcis ad Latinos in familiarem usum transiit. Nam ἐπιστολὴ quasi *Missa* dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν à *Mittendo*, quia mittitur inter absentes. Eodem significato Germani dicunt Ein Sendbrieff. Antiquitas etiam dixit *Litteras, Tabulas, Tabellas, Codicillos, Libellos*, quorum ratio & usus ex Latinis scriptoribus patet. At Hebræis alia sunt nomina, & alia eorundem ratio.

1. כְּתָב *Scriptum*. Eodem usu Germani dicunt

Ein Schreiben. Et Ovidius: *Debueram scripto certior esse tuo.* Hebræi: כתב אשר נכתב בשם המלך ונחתום בטבעת המלך אין להשיב *Scriptum* quod rescriptum est nomine regis, & obsignatum annulo regis, non est revocandum, Esth. 8.8, ubi Vulgata Latina, *Epistolis quæ, &c.* פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב Exemplar *Scripti,* ibid. ver. 13: V. L. Summa *Epistolæ.* Huram rex Tyri respondit regi Salomoni בִּכְתָב *scriptâ epistolâ,* 2. Par. 2.11, ubi V. L. *Per literas.* Aliâs in genere est *Scriptura,* quâ & ipsa forma scriptionis intelligitur, in quaque gente usitata, ut in illo: מדינה ומדינה ככתבה ועם ועם כלשונו ואל היהודים ככתבם וכלשונם Cuiq; provinciæ juxta *scripturam* ejus, & singulis populis juxta linguā suam, & Judæis secundùm *scripturam* eorum & linguam eorum, Esth. 8.9. Judæis hodiernis familiari in usu est pro *Epistolâ,* Pluraliter כְּתָבִים *Literæ:* כְּתָבְךָ קִבַּלְתִּי Epistolam tuam accepi: אַרְבֶּה כְּתָבִים אֵלֶיךָ Multiplicabo literas ad te, id est, crebras ad te dabo epistolas.

2. מִכְתָּב *Scriptum:* Usus ejus est, ut præcedentis nominis: ויבוא אליו מכתב מאליהו Pervenit ad ipsum *scriptum quoddam* ab Eliâ, 2. Paral. 21. v. 12; ubi V. L. *Allatæ sunt ei literæ ab Elia.*

3. סֵפֶר *Liber,* qui in plura folia descriptus est: synecdochicè *Epistola,* quod formâ libelli olim scriberetur, & si longior, per plures etiam paginas, quod hodie q; non rarò à Judæis observatur. Exempla: ואשלחה ספר אל מלך ישראל Et mittam *epistolam* ad regem Israelis, 2. Reg. 5.5; וַיָּבֵא הַסֵּפֶר

Et attulit *epistolam*, ibid. v. 6: כבוא הַסֵּפֶר הַזֶּה אֵלֶיךָ
Simulac venerint *hæ literæ* ad te, ibid. בִּקְרוֹא אֶת
הַסֵּפֶר Quum legisset *epistolam*, ibid. v. 7: וישלח
ספרים ביד הרצים Et misit *epistolas* per manum cursorum, Esth. 8. 10. Hæc vero etiam consuetudo ad Romanos allata, unde illud Suetonii in Julio Cæsare, cap. 56: *Primus epistolas ad Senatum, ad paginas & formam memorialis libelli convertisse fertur, cum antea* Coss. *ad Duces nonnisi transversâ chartâ mitterent.* Hinc & Scriptum breve instar Epistolæ, apud Latinos *Libellus* appellatus: ut, *Libellus*, *Libellus supplex*, Bittbrieff / Schrifftliche bitte / pro epistola, quâ principi vel magistratui supplicamus. Suetonius in Augusto cap. 53: *Promiscuis salutationibus* (inquit) *admittebat & plebem, tanta comitate adeūtium desideria excipiens, ut quendam joco corripuerit, quòd sic* Libellum *porrigere dubitaret quasi elephanto stipem.*

Sed jam supplicibus dominum lassare libellis
Desine —— —— —— Martialis lib. 8.

A libellis esse, *Libellos agere*, dicti, qui literis supplicibus offerendis præerant. *Libellus memorialis*, sceda memoriæ causâ parata: *Libellus famosus*, scriptum probrosum & diffamatorium: *Libellus* pro literis citationis, Ladbrieff: pro literis salvi conductus, ut loquuntur, Paßbrieff: *Libello*, qui & aliâs *Tabellio*, ferens literas: Varro, *Tum ad me ferunt quòd libellionem esse sciebant.*

4. מְגִלָּה, quod plerunque inserto י scribunt Rabbini, certioris lectionis causâ, מגילה *Volu-*

men, Ein Rolle / Ein rund zuſammen gewickelter brieff / quòd ut libri, ſic Epiſtolæ longiores olim formâ latâ rotatili, quæ circum volveretur, conſtaret. Scribebatur autem volumen, ut & hodie, lineis, non per longitudinem totius chartæ aut pergameni deductis (ut fit in Inſtrumentis noſtrorum contractuum) ſed in plures areas diviſis, quomodo ſunt latera paginarum in libris complicatis. Sic hodie libri Moſis & liber Eſther (qui *Megilla* ſynecdochicè vocatur) in Synagogis Judæorum viſuntur ſcripti in pergameno longo circa lignum voluto, ſcripturâ in areas inſtar paginarum diſtinctâ. Inde etiam capiendum, quod apud Jeremiam cap. 36, legitur, volumen libri, lectis in eo tribus aut quatuor foliis, fuiſſe cultro diſciſſum & combuſtum. Non enim erant folia ſeparata, ut ſunt librorum, ſed areæ inſtar paginæ aut lateris unius folii. Iſtæ propterea voce metaphorica vocantur דְּלָתוֹת *Januæ, Valvæ*, quòd figuram Januæ referant. Hac formâ liber Eſther hîc Baſileæ his nundinis pro Judæis excuſus eſt. מְגִלָּה עָפָה *Volumen* volans, Zach. 5. 1. Germ. Ein fliegender brieff: וְקָרָאתָ בַמְּגִלָּה אֲשֶׁר כָּתַבְתָּ Et leges in *volumine*, quod ſcripſiſti, Jerem. 36. 6. Sæpius adjunctum ipſi eſt nomen סֵפֶר *Liber*: ut, קַח לְךָ מְגִלַּת סֵפֶר Accipe tibi volumen libri, ibid. v. 2: במגלת ספר כתוב עלי In volumine libri ſcriptum eſt de me, Pſal. 40. v. 8. Chaldaicè: גְּבַר גְּבַר מְגִלְּתֵיהּ וּפִנְקְסֵיהּ בִּידֵיהּ Quiſque habebat epiſtolam ſuam & tabellam

ſuam in manu ſua, Eſth. 3.15, in ſecũdo Targum. Sic liber, ex quo pleræq; epiſtolæ ſequentes deſumptæ ſunt, inſcriptus eſt מְגִלַּת סֵפֶר, Cremonæ excuſus Anno שכו 326. computationis Judaicæ, Chriſti 1566.

5. נִשְׁתְּוָנָא, נִשְׁתְּוָן Hoc Chaldæi & Hebræi tempore Eſræ uſi ſunt, & interpretes explicant per אִגֶּרֶת. Nam peregrina vox judicatur eſſe: ut וּכְתָב הַנִּשְׁתְּוָן כָּתוּב אֲרָמִית Et ſcriptura *Epiſtolæ* ſcripta erat Syrè, Eſræ 4.7: זֶה פַּתְשֶׁגֶן הַנִּשְׁתְּוָן Hoc eſt exemplar *Epiſtolæ*, Eſræ 7.11: נִשְׁתְּוָנָא דִּי שְׁלַחְתּוּן עֲלֶינָא מְפָרַשׁ קֱרִי קָדָמָי *Epiſtola* quam miſiſtis ad nos, explicatè lecta eſt coram me, Eſræ 4.18.

6. פַּרְטֵיגְמָא, דִּיטַגְמָא, פַּתְשֶׁגֶן, פַּרְשֶׁגֶן *διάταγμα, παράδειγμα, Exemplar, Exemplum, Copia vel Dupla,* (ut vulgò dicunt) *Paradigma.* Leguntur tantùm in libris poſterioris ætatis, Eſræ ſcilicet & Targum Eſther: ut, פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב לְהִנָּתֵן Exemplar epiſtolæ ut detur, Eſth. 3.14. Ibi Targum habet, דִּיטַגְמַת דִּכְתָבָא. Judæi in literis ſuis utuntur etiã abſque addito nomine כְּתָב, maximè in Inſcriptionibus, ut ſuo loco videbitur. Sic dicunt, פַּרְטֵיגְמָא דְּנָה לְהִינָּתֵן לְיַד Epiſtola hæc danda eſt manibus, &c.

7. אִגֶּרֶת *Collectio,* ab אָגַר *Colligere, Congerere, Comportare.* Inde *Epiſtola,* quia Epiſtolæ Colliguntur ab amicis, quia in eas Congeruntur variæ res, quia ab uno ad alterum Comportantur. Tempore Eſræ tantùm uſurpatum legitur, & Chaldæis non minus quàm Hebræis in fami-

liariſſimum uſum tranſiit,& tanquam communiſſimum nomen in hanc uſq; ætatem deſcendit. Priſcum autem illud סֵפֶר, ſequens ætas minus excoluit, quod principaliori uſu ſuo *Librum* ſignificaret, qui epiſtolæ modum excedit Exempla: וְאִגֶּרֶת פְּתוּחָה בְּיָדוֹ *Et epiſtola* aperta erat in manu ejus, Neh.6.5. בימים ההם מרבים חורי יהודה אגרותיהם הולכות אל טוביה In diebus illis multiplicabant optimates Jehudæ *literas ſuas* euntes ad Tobiam, ibid. v.17: וילכו הרצים באגרות Et profecti ſunt curſores cum *epiſtolis*, 2.Par.30. v.6. Chaldaicè, כְּתַבוּ אִגְּרָא חֲדָא Scripſerunt *epiſtolam* unam, Eſr.4.8: דְּנָה פַּרְשֶׁגֶן אִגַּרְתָּא Hoc eſt exemplar *epiſtolæ* ibid. v.11. Apud Rabbinos Libellus quidam Epiſtolarum familiarium vocatur אִגְּרוֹת שְׁלוֹמִים, *Epiſtolæ ſalutationum*. Extat & R. Nachmanidis אִגֶּרֶת הַקּוֹדֶשׁ *Epiſtola ſancta*.

8. דָּבָר, *Verbum*, אֲמָרִים, אֲמָרוֹת *Sermones*, pro literis in materia epiſtolarum ſumi, nemo eſt, qui non facilè intelligat.

9. אוֹתִיּוֹת *Literæ*. Uſum planè habet, ut nomen Latinum. Singulare eſt אוֹת *Signum, Character*, & *Litera*, quia vocis & ſermonis character eſt. Plurale אוֹתוֹת *Signa*, quod in Scriptura uſitatum: ſed אוֹתִיּוֹת Rabbinis tantùm in uſu, pro *Literis*, ſive literæ alphabethi, ſive Epiſtolæ ſignificentur.

10. Periphraſes quaſdam habent, ut cùm dicunt, מַעֲשֵׂה יָדְךָ הַנְּקִיָּה Opus manus tuæ puriſſimæ; מַעֲשֵׂה אֶצְבְּעוֹתֶיךָ Opus digitorum tuorum accepi,

accepi, & similes, quas prudens quisq; pro Epistolis sumi, intelliget vel facillimè.

CAPUT II.

De definitione Epistolæ, & ejus partibus.

EPISTOLA est scriptum nuncium ad absentes, quo certiores fiunt de iis rebus, quas eos scire, aut nostrâ aut ipsorum interest. Est *scriptum nuncium:* quia quod inter præsentes colloquium vivum, id inter absentes scripta epistola, sermo scilicet mutus, characteribus scripturæ indicatus, qui oculis animoq; absentium percipitur. Generavit hoc inventum affectus mutuus animorum, qui per longissimè etiam dissita loca interrumpi renuens, commodum sui nexum studiosè quæsivit. Id Ambrosius ad Sabinum testatus est scribens: *Epistolarum usus est, ut disjuncti locorum intervallo, adfectu adhæreamus.* Hoc medio absentes, invicem præsentes sunt, & disjuncti scripto inter se colloquuntur, ita ut imago præsentiæ inter eos refulgeat. Inde Seneca epist. 40, inquit: *Nunquam epistolam tuam accipio, ut non protinus unà simus. Si imagines nobis amicorum absentium jucundæ sunt, quæ memoriam renovant, & desiderium absentiæ falso atq; inani solatio levant: quanto jocundiores sunt literæ, quæ vera amici absentis vestigia, veras notas afferunt? nam quod in conspe-*

ſtu dulciſsimum eſt, id amici manus epiſtolæ impreſſa, præſtat agnoſcere. Et epiſt.68: *Si quando interveniunt Epiſtolæ tuæ, tecum mihi eſſe videor, & ſic afficior animo, tanquam tibi non reſcribam, ſed reſpondeam. Itaq; & de hoc quod quæris, quaſi colloquar tecum, quid ſit, unà ſcrutabimur.* Eſt nuncium *ad abſentes*, tam qui terrarum ſpaciis longioribus diſtant, quàm qui viæ modulo, ut in urbe eadem, ubi vel occupationes vel urbis magnitudo, coram agere non ſemper permittunt. Epiſtolia inter hos miſſa, *Codicilli* priſcis Latinis dicebantur. Hebræi כְּתָב *Scriptum, Scedam ſcriptam*, aut דְּבָרִים *Verba*, quod brevis alloquii loco eſſent, appellarunt. Nam אִגֶּרֶת הַסֵּפֶר aut ad perfectiores epiſtolas, aut ad longius abſentes ſeſe protendebant. Finis & uſus Epiſtolæ indicatur verbis, *Quo certiores fiunt, &c.* Intereſt enim quemq; amicum alterius cognoſcere affectum amoris, favoris & benevolentiæ, aut indignationis, ſi amoris affectus, alicujus vitii effectu ſit læſus: vel certum eſſe de ſtatu amici, rerum privatarum & publicarum, qui unus ferè epiſtolarum antiquiſſimarũ uſus fuit, unde deinceps quicquid dici ſcribíve poterat, in ambitum epiſtolæ venit. In eam ſententiam Cicero lib.2. epiſt.6. ad Curionem: *Epiſtolarum*, inquit, *genera multa eſſe non ignoras, ſed unum illud certiſsimum, cujus causâ res ipſa inventa eſt; ut certiores faceremus abſentes, ſi quid eos ſcire, aut noſtrâ aut ipſorum intereſſet.*

Epiſtolæ partes ſunt *Res* & *Sermo*.

CAPUT III.

De exordio Epistolæ, sive salutatione.

RES est materia, quæ epistolâ tractatur: estq; vel *Stata* aut *Vaga*.

Stata, quæ solennem cuiq; epistolæ formam dat: estq; quadruplex, *Exordium, Narratio, Clausula, Superscriptio*.

Exordium est Epistolæ præloquium, quo is ad quem scribitur, amicè salutatur. Hoc ex mutuo congressu & mediis moribus hominum, usum suum cæpit. Comitatis enim & humanitatis est, primo accessu obvium salutare, ac animi benevoli ejusq; salutis cupidi, testimoniũ edere. Simplicius id fit vivo sermone inter præsentes; at inter absentes distinctionem postulat, ut primo intuitu Epistolæ cognoscatur, quis sit, qui salutem offert. Ergo Exordii partes sunt *Nomina* & *Salus*. Nomina, ut *Scribentis*, & *Scripto compellati*. Occulta enim quadam vi nominum inter amicos commemoratio, suavitatis & amoris singularis auram gratam aspirat.

Scribentis olim semper præcessit, neq; absque ratione. Prima enim legentis cura, ut sciat, à quo epistola missa. Immo & naturâ prius est, indicari quis faciat, quàm cui, & in unoquoque opere natura primùm facientem constituit. Eorum qui in imperio, magistratu aut dignitatis

publico fastigio collocari erant, nomina cum titulis ponebantur. Virtutum enim merita, aut publica honorum ornamenta detrahere vel supprimere, haudquaquam officiosæ fidæq; amicitiæ convenire judicabant. Aliâs ferè nuda nomina posita fuere, ne scribens, in se vel ambitiosus, aut legenti parasiticus haberetur. Utrumq; in amicitia vitium grave. Unde Cic. in Lælio scribit: *In amicitiis pestis nulla major, quam adulatio, blanditia, assentatio.* Ambitiosæ autem amicitiæ ostentationis multum, rei & usus parum habet. At magistratus aut similis dignitatis publici tituli, professionis ac officii sunt nomina, non vanæ laudis encomia. Qui autem principem dicit *Illustrissimum*, *Clementissimum*, Episcopum *Reverendissimum*, Theologum *Eximium, &c.* is laudat. Ubi verò quis simpliciter audit nomen suum, omnes pariter virtutes suas audit compendio. Romani primùm unicè caros, post deinde vulgares etiam appellarunt SUOS. Unde illud Martialis lib.:4:

Seu leviter noto seu caro missa sodali,
Omnes ista SUOS, *charta vocare solet.*

Salutationis vocabulum postpositum fuit, ut effectum suæ causæ. Græci id significabant per χαίρειν *Gaudere*, vel εὖ διάγειν, aut εὖ πράττειν, quod Horatius Græcizans, expressit carmine aliquo:

Celso Gaudere & Benè rem gere Albinovano,
Musa rogata refer. In Historia sacra Novi Testamenti: Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι

φίλιξι χαίρειν: CLAUDIUS LYSIAS *potentissimo præsidi, Salutem*, Actor.23.26.

Romani *Salutem* dicebant, ac unâ literâ, S. D. aut S.P.D, pro *Salutem dicit, Salutem plurimam dicit*, quod vulgò notum. Cum titulis: CICERO PROCOSS. S. D. CURIONI TRIB. PLEB. Alio modo: CIC. S. D. TERENTIÆ SUÆ. CIC. S.D. TERENTIÆ, TULLIOLÆ ET CICERONI, SUIS.

Hebræi, Chaldæi, Syri PACIS nomine in salutando usi sunt, quòd ubi pax est, ibi omnia se prosperè habere dicantur, & pax sit omnis prosperitatis complexus & quasi complementum. Nam שָׁלוֹם *Pax*, à Radice שָׁלַם *Perfici, Compleri.* Supra Esræ tempora, formæ hujusmodi exordiorum nullæ extant. Mentio quidem fit literarum Davidis ad Joabum, 2.Sam.11. & Salomonis ad Hiramū regem, & hujus ad Salomonem, 1.Reg.5, sed forma perfecta nulla exprimitur.

Chaldæorum, quorum lingua Esræ tempore in populo Judaico florebat, hæc extāt exempla: אַרְתַּחְשַׁסְתְּא מֶלֶךְ מַלְכַיָּא לְעֶזְרָא כָהֲנָה סָפַר דָּתָא דִּי־אֱלָהּ שְׁמַיָּא גְּמִיר וּכְעֶנֶת, Id est, ARTAXERXES REX REGUM, ESRÆ SACERDOTI, PERITO LEGIS DEI COELESTIS, INCOLUMITATEM: &, *Tempore tali*, Esræ 7.v.12. Et apud Danielem, qui & ipse tempore Esræ vixit: נְבוּכַדְנֶצַּר מַלְכָּא לְכָל־עַמְמַיָּא אֻמַיָּא וְלִשָּׁנַיָּא דִּי דָאֲרִין בְּכָל־אַרְעָא שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא, Id est, NEBUCADNEZAR REX *omnibus populis, nationibus ac linguis, quæ habitant*

in tota terra: Pax vestra multiplicetur, Dan.3 v.31. Sic 6. ver.26.

Scribentis nomen videtur omissum Esræ 5.7. ubi simpliciter legitur; לְדָרְיָוֶשׁ מַלְכָּא שְׁלָמָא כֹלָּא Dario Regi pax omnis. At versu 6, qui scripserint, exprimitur, unde exordium hoc epistolæ in Josepho & 3. Esræ 6.v.7. sic plenè proponitur: *Thatnai princeps trans flumen & Schetarbosnai ac collegæ ejus transfluviales, Dario Regi Salutem.* Idem nomen videtur postpositum fuisse majoris demissionis & humilitatis causâ, ac *Pacis* sive *Salutis* vocabulum omissum, quasi de com muni usu notum, Esræ 4.v.11. At ibi forma perfecta non refertur, ut liquet ex responso Regis perfectiore v.17. Fieri tamen potuit, ut subditi se Regi suo postposuerint, quod posteriorum seculorum authoritas faciendum suasit: at Salutis vocem omitti, contra linguæ Hebraicę usum est. Nec verò etiam Græci probassent, quod Alexander, victo Dario, ab epistolis abstulerit τὸ χαίρειν, ut Plutarchus in Phocione refert. Romanorum tamen Reges, quasi per majestatem, quandoq; omisisse videntur, ut in Josepho videre est, ubi Romanorum ad Judææ præsides, literas diversis locis recenset. Legitur quidem etiam alibi: *Fratribus qui sunt per Aegyptum Judæis, fratres qui sunt in Jerusalem Judæi, & qui sunt in regione Judææ, salutem & pacem optimam,* 2.Mach 1.1, ubi scribentium nomen subjicitur. Sed hoc exordium nullam antiquitatem resipit, neq; ad formam

formam priſcam poſitum, ut & totus iſte liber ferè cento eſt non ſatis induſtriè conſarcinatus.

Porrò ex Eſra liquet, tempus etiam, ut diem, menſem, annum, exordio fuiſſe adjectum. Hoc ſignificatum quidam volunt voce וּכְעֶנֶת *Et juxta tempus*, id eſt, tempore tali, hoc eſt, בְּיוֹם פְּלוֹנִי *Die N.* לְחֹדֶשׁ פְּלוֹנִי *Menſe N. &c.* Legitur Eſræ 4. v.10.11. Eſræ 7.12: at Eſræ 4.17, contractè וּכְעֶת. Alii faciunt nomen populi, alii nomen loci. Aben Eſra ſcribit Eſræ 4: *Juxta quoſdam eſt nomen populi. ſed convenit etiam ut ſit ab* עֵת id eſt Tempus. Sed Kimchii gloſſa ſolidior eſt, quæ legitur in libro Radicũ his verbis: ויש לפרש וכענתמן עת שהוא זמן וכן היה מנהגם לכתוב זאת המלה בראשי הדברים באגרות כלומר בזמן הזה נכתבה זאת האגרת Id eſt, *Eſt exponendum* וּכְעֶנֶת *ex* (voce) עֵת, *quæ ſignificat Tempus. Sic enim erat conſuetudo ipſorum, ſcribere hanc dictionem in ſummitate verborum in epiſtolis. q. d. tempore hoc ſcripta eſt epiſtola hæc.* Quin & Aben Eſra, Eccleſ.9. v.11, Hebræum עֵת ſcribit contractum eſſe ex עֶנֶת & inde cum Affixis aſſumere Dageſch, עִתּוֹ *Tempus ejus*, quod hîc deperditum Nun compenſet, ut in חִטָּה *Triticum*, quod eſt à חָנַט: In בִּתִּי *filia mea*, à בָּנָה: Item אֲמִתּוֹ *Veritas ejus*, ab אָמַן: & אַפּוֹ *Ira ejus*, ab אָנַף Iraſci, שְׁתֵּי *Duæ*, à שְׁנַיִם Duo: אַתָּה *Tu*, ab אֲנִי Ego, Et ſi quæ ſunt ſimilia. Sic עַתָּה ab עֶנֶת, quomodo & עוֹנָה apud Rabbinos eſt *Tempus.* Ab hac mente erit, quod 2.Machab.1. v.10, legitur: *Anno centeſimo octogeſimo octavo, qui Jeruſchalaimis & in Judæa ſunt,*

Senatus Populusq;, Aristobulo magistro Ptolomæi regis, & Judæis, qui sunt in Aegypto, salutem & incolumitatem. Et in plebiscito quodam tabulis æneis inciso: *Die mensis Elul duodevigesimo, anno centesimo septuagesimo secundo, qui tertius est Schimonis summi sacerdotis, In atrio munitionis, in conventu magno sacerdotum. &c. Scitote, &c.* Hodie & sine dubio etiam olim, inter mercatores & pragmaticos forenses, hæc temporis notatio in summitate literarum observatur.

Examinavimus formam antiquam: nunc videamus recentem Judæorum.

A simplici Veterum consuetudine hîc longè itum est, primò quando nomen scribentis fini literarum subjici cæpit, non tantùm apud Hebræos, sed & alias gentes. Duplicem id ortum habuisse videtur; ab authoritate magnatum, & à submissione minorum. Magnates, ut reges, principes, dominatores, diplomatibus suis subscribebant, majoris certitudinis & authoritatis causâ. Nobilitatis gloria crescente, simul hæc consuetudo subscriptionis increbuit; adeo ut quod antea fuit regum, & quidem in diplomatibus, id tunc in morem gentilem transiit in scriptis quibuslibet. Minores, ut subditi ad magistratum, ex plebe aliquis ad honoratum, juvenis ad senem venerandum; filius ad patrem, & similes, se ad calcem ponebant, honoris, obsequii & devoti animi testandi gratiâ. In tantum hoc invaluit, ut promiscuè, etiam inter familia-

res obſervatum ſit, etſi apud hos vile aut ſupervacuum videatur.

Deinde ſalutatio inſtituitur vel *à dignitate perſonæ*, vel *à qualitate temporis*. Nomen autem vel omen ſalutis præponunt, ac varia, luxurioſa, & hyperbolica perſonæ commendatione, multiplicisq; e boni voto circumveſtiunt & locupletant, idque vel *ſimpliciter* vel *rhythmicè*, non quidem numero ſyllabarum, ut in poëſi, ſed ut verba fortè ad ſenſum ſeſe offerunt, & membrum rhythmo claudunt. Venuſta illa quidem ratio in hac lingua, at inſipida in aliis, unde de verſione non laborabo; nam mediocriter verſatus, talia facilè per ſe intelliget.

Tertiò, nomen perſonæ cui ſcribitur, ultimo loco exprimunt, præcedente honoris verbo, ſequente euphemia. Utrunque abbreviatè indicant: illud כמ״ר, id eſt, כְּבוֹד מַעֲלַת רַבִּי, *Gloria excellentiæ Rabbi*, vel ſi dignior, כמה״רר, id eſt, כְּבוֹד מוֹרֵנוּ הָרַב רַבֵּנוּ *Gloria Doctoris noſtri, domini magiſtri noſtri*. Morenu in ſupremo honoris gradu eſt, & aliis Rabbinis præeſt. Alterum, יצ״ו, id eſt, יִשְׁמְרֵהוּ צוּרוֹ וְגֹאֲלוֹ *Cuſtodiat eum rupes* (Deus) *ejus & redemptor ejus*: Aut ſi familiam & liberos habeat, יזי״א, id eſt, יִחְיֶה זַרְעוֹ יַאֲרִיךְ יָמִין אָמֵן *Vivat ſemen ejus, producat dies, Amen.* ex Jeſa. 53. 16. Additur non rarò ſalutatio ad uxorem; liberos & familiam. Neq; prætereundum, quòd idem nomen perſonæ per ſpeciem honoris ac ſingularis

artificii cujusdam, per primas literas, à quibus membra salutationis incipiunt indicant, quas idcirco punctis aut apicibus notant. Denique elegantem aliquem Scripturæ locum, qui nomen ejus ad quem scribitur, inclusum habet, in medio summæ paginæ ante salutationem euphemiæ vel encomii causâ, signant. Hæc singula nũc exemplis ac formis variis declarabimus.

Exordia salutationum formæ simplicis.

הָאֱלֹהִים יַעֲנֶה אֶת שְׁלוֹם אֲדוֹנִי אַלּוּפִי וּמְיֻדָּעִי

כמ״ר פלוני יצ״ו

Id est, *Deus largiatur prospera domino meo, &c.* Locutio desumta ex Gen. 41. v. 16, ubi Josephus ad interpretationem somnii à Pharaone vocatus, respondit ipsi, אלהים יענה את־שלום פרעה Deus respondebit prosperitatem Pharaoni, id est, responso per me significabit id, quod Pharaoni felix & faustum futurum est, quæ prospera sint & salutaria. Hinc ad salutationem locutio traducta, & יַעֲנֶה Aben Esra interpretatur per יַמְצִיא *Existere faciat*, conferat, largiatur. אַלּוּפִי וּמְיוּדָּעִי *Dux meus ac familiaris meus*, ex Psal. 55. 14, id est, princeps ac præcipuus amicorum meorũ.

שָׁלוֹם לְאֲהוּבִי אַלּוּפִי אֲדוֹנִי הַיָּקָר וְהַמַּשְׂכִּיל

כמ״ר פלוני יצ״ו .

Salus sit amico meo præcipuo, domino præstantissimo & prudentissimo N. חיים

חַיִּים וְשָׁלוֹם וְכָל־טוֹב לַאֲהוּבִי הַיָּקָר וְהַנַּעֲלֶה

Id eſt, *Vitam & ſalutem omneq; bonum* (precor) *amico meo præſtantiſsimo & excellentiſsimo*: vel אֵלֶיךָ הַחַיִּים וְהַשָּׁלוֹם אֲהוּבִי הַמַּשְׂכִּיל Tibi ſit vita & ſalus amice prudentiſſime. Poſt שָׁלוֹם additur etiam, מֵעַתָּה וְעַד עוֹלָם Ab hinc uſq; in ſeculum.

לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה וּלְשָׁלוֹם אֵין קֵץ אֲהוּבִי אִישׁ כְּאָחִי

Id eſt, *Amplitudini dominii & pacis non ſit finis tibi, amice vir ceu frater mihi.* id eſt, proſperitatem plurimam, quâ diu ſupereſſe, ac familiam domumq; regere & adminiſtrare poſſis, cum infinita ſalute tibi precor: ex Jeſa. 9. 7.

הָאָדָם הַגָּדוֹל בָּעֲנָקִים ש״לש

Id eſt, *Viro ampliſsimo S. P.* Tres poſtremæ literæ abbreviatura ſunt, pro שָׁלוֹם לוֹ שָׁלוֹם, *Salus ipſi, ſalus*, id eſt, Salus plurima. Locutio ex Joſ. 14. ver. ult. Anakæi autem fuerunt gigantes, Num. 13. ver. ult. proceræ & formidabilis ſtaturæ, inde ad hominem ampliſſimę dignitatis hoc loco transfertur.

עֲנָנֵי שָׁמַיִם בְּרָכוֹת יָרִיקוּ וְיֵרֵד אוֹר הַשָּׁלוֹם אֶל מִשְׁכְּנוֹתֶיךָ אֲהוּבִי עֲמִיתִי הַיָּשָׁר וְנֶאֱמָן

Id eſt, *Nubes cælorum benedictiones effundant, deſcendatq; lux ſalutis ad habitationem tuam, amice, &c.*

לַחֲדָא יִסְגֵּא שְׁלָמָא דַאֲהוּבִי גְּבַר הוּקַם עָל כְּלִיל הַמַּדָּע הֶחָכָם הַכּוֹלֵל כמ״ר פלוני

b

Id eſt, *Plurimùm multiplicetur ſalus amici mei, viri excellentis ſummè, perfecti ſcientiâ, ſapientis conſummati N.* Prior locutio Chaldaica eſt, ex Dan. 3. v. 31, & ס in יִסְגֵּא eſt pro שׂ quæ literę frequenter permutantur. Viri excellentis ſummè, id eſt, excellentiſſimi, dignitate præſtantis, ex 2. Sam. 23. 1. Vel ſimplicius, שְׁלוֹמְךָ יִשְׂגֶּה מְאֹד Salus aut pax tua multiplicetur plurimùm.

אֲדַבְּרָה נָּא שָׁלוֹם לְאִישׁ הַמְּהוּלָּל בְּמַעֲשָׂיו.
הַמְּפוֹאָר בְּחָכְמָתוֹ אֲהוּבִי הַמְּרוֹמָם

Id eſt, *Precor nunc ſalutem viro laudatiſsimo ſtudiis ſuis, condecorato ſapientiâ ſuâ, &c.*

הָאֵל מִמְּכוֹן שִׁבְתּוֹ יַשְׁגִּיחַ עָלֶיךָ לְבָרֶכְךָ וְהוֹשִׁיבְךָ
בִּנְוֵה שָׁלוֹם וּבְמִשְׁכְּנוֹת מִבְטָחִים וּבִמְנֻחוֹת שַׁאֲנַנּוֹת

Id eſt; *Deus è loco ſeſsionis ſuæ proſpiciat ſuper te ad benedicendum tibi, collocetq́ te in habitaculo pacis & in ſe[d]ibus tutis ac ſtationibus quietis,* ex Jeſa. 32. v. 18. Vide & ver. præc. ibid.

חִינָּא וְחִסְדָּא לְגַבְרָא רַבָּא כָּמוֹהוּ לֹא יִמָּצֵא
בְּאַרְעָא הָאַלּוּף וַהֲעָמִיתִי אִישׁ בְּרִיתִי כמ״ר פלוני
וְצֶאֱצָאֵי מֵעָיו כֻּלָּם יִהְיוּ מְבוֹרָכִים

Id eſt, *Gratia & miſericordia ſit cum viro præſtanti, cui haud ſimilis eſt in terra, ſummo amico meo, ſocio & confœderato, Dom. N. liberiq́ viſcerum ejus omnes ſint benedictiſsimi.*

מִן שְׁמַיָּא חִינָא וְחִסְדָּא יִמְטֵי לְגַבְרָא רַבָּא הַיָּקָר
הַמַּשְׂכִּיל וּמְהוּלָּל

Id eſt, *E cælis gratia & miſericordia perveniat ad virum, &c.*

יִפְתַּח הָאֵל אֶת אֲרֻבּוֹת הַשָּׁמַיִם וְיָרִיק בְּרָכָה עַד
בְּלִי דַי לְךָ וּלְכָל בְּנֵי בֵיתֶךָ .

Id eſt, *Aperiat Deus cataractas cæli & effundat benedictionem immenſam tibi & omnibus domeſticis tuis*, ex Mal.3.10.

הִנְנִי נוֹתֵן לוֹ אֶת־בְּרִיתִי שָׁלוֹם לְאֲהוּבִי אִישׁ חַיִל
רַב פְּעָלִים הָאַלּוּף אֲבִי הַחָכְמָה כמה״רר יִצְחָק יצ״ו
וְכָל־הַמְצוֹרָף אֶל מ״כ ש״ר

Id eſt, *En diſpono fœdus pacis amico meo virtute prædito, ſtudiis amplo, patri ſapientiæ Dom. Iſaaco, omnibusq; ipſi adjunctis, S. P.*

Similes aliæ breves & elegantes formæ ex ſacra Scriptura peti poſſunt, ut: יְהִי כְנָהָר שְׁלוֹמֶךָ וְהַצְלָחָתְךָ כְּגַלֵּי הַיָּם *Sit inſtar fluminis pax tua, & proſperitas tua ut fluctus maris*, ex Jeſa.48.18: יִשָּׂא יְהוָה בִּרְכָתוֹ אֵלֶיךָ וְיָשֵׂם לְךָ שָׁלוֹם *Conferat* DOMINUS *benedictionem ſuam tibi, & apponat tibi pacem*, ex Num.6.v.26: וְיִגַּל כַּמַּיִם הַשָּׁלוֹם וְהַצְלָחָה כְּנַחַל אֵיתָן *Fluat ut aqua pax tua, & proſperitas ut torrens validus*, ex Amos 5.24: יְהִי שָׁלוֹם בְּחֵילֶךָ וְשַׁלְוָה בְּאַרְמְנוֹתֶיךָ *Sit pax in munitione tua, & tranquillitas in palatiis tuis*, Pſal.122.7: לְמַעַן אַחַי וְרֵעָי אֲדַבְּרָה נָּא שָׁלוֹם בָּךְ

Propter te frater ac amice cariſsime dico nunc: Pax ſit tibi, ibid. ver. 8, id eſt, tibi fratri & amico ſalutem plurimam opto vel dico.

Formæ rhythmicæ.

לְרֹאשׁ אוֹ לְמַנְהִיג

Magnati, ut Rectori Magnifico.

רֹאשׁ הַגִּבּוֹרִים· דּוֹבֵר מֵישָׁרִים· אֲמָרִים
טְהוֹרִים· בְּלִי עָוֹן וּשְׁקָרִים· אֵל קַרְנוֹ יָרִים· לְדוֹר
דּוֹרִים· הַמְרוֹמָם אֲדוֹנִי

יִתְגַּדֵּל תִּפְאַרְתּוֹ· וְיִתְרוֹמֵם מֶמְשַׁלְתּוֹ· וְיִרְבֶּה
שַׁלְוָתוֹ כְּשֶׁמֶשׁ בִּגְבוּרָתוֹ· וְיִתְבָּרֵךְ בְּבוֹאוֹ וּבְצֵאתוֹ·

נוֹדַע שְׁמוֹ בַּשְּׁעָרִים· בְּחֶסֶד וּבְאִמְרֵי שְׁפָרִים
נִשָּׂא בְּרֹאשׁ הַגִּבּוֹרִים· וְאוֹתוֹ הַכֹּל מְפָאֲרִים·
יִתְגַּדֵּל שְׁמוֹ לְדוֹר דּוֹרִים· כמ׳

לְרַב Doctori ſive Rabbino.

הַיּוֹשֵׁב עַל כִּסֵּא הוֹרָאָה· מִמֶּנּוּ תֵּצֵא תוֹרָה
בְּפִלְפּוּל וּבִסְבָרָה מַרְאֵהוּ כְּקוֹרַח הַנּוֹרָא· יִשְׁמְרֵהוּ
הַשֵּׁם מִצּוּקָה וְצָרָה· כמ׳

כּוֹחַ חָכְמָתוֹ מִי יְמַלֵּל· אֵין גּוֹמְרִים עָלָיו אֶת
הַהַלֵּל· הַנֶּשֶׁר הַגָּדוֹל הֶחָכָם הַכּוֹלֵל כמה״ר פלוני יצ״ו
וְהוּא יִשָּׂא בְרָכָה וְשָׁלוֹם·

לְזָקֵן נִכְבָּד Seni honorato.

צַח וְאָדוֹם דָּגוּל מֵרְבָבָה׃ מַרְאֵהוּ כְּאֵשׁ לֶהָבָה׃ בִּרְכַּת הָאֵל בְּשֶׁפַע טוֹבָה׃ תַּעֲלֶה וְתָבוֹא׃ לְהַהוּא סָבָא׃ כמ״א׳

לְאִישׁ נִכְבָּד Viro honorato.

אִישׁ הַגָּדוֹל כְּאֶרֶז בַּלְּבָנוֹן׃ שְׂבִיב הוֹדוֹ כְּבָרָק שָׁנוּן׃ יִשְׁמְרֵהוּ רַחוּם וְחַנּוּן׃ בְּפָסוֹחַ וְגָנוֹן הַנַּעֲלֶה בְּכָל־מִינֵי מַעֲלָה כמ׳

יְדִידִי כְּתָמָר יִפְרַח כְּאֶרֶז בַּלְּבָנוֹן׃ יִשְׁמְרֵהוּ אֵל רַחוּם וְחַנּוּן׃ בְּרַחֲמִים וְחֶמְלָה בְּפָסוֹחַ וְגָנוֹן׃ וְיַצִּילֵהוּ מִפֶּגַע וּמֵחֶרֶב שָׁנוּן׃ אֲדוֹנִי אֲהוּבִי הַנִּכְבָּד כמ׳

לְגָדוֹל Viro magnifico.

מֵאֱלָהָא רַבָּא׃ שְׁלָמָא רַבָּא׃ לְגַבְרָא רַבָּא׃ אֲשֶׁר יָפְרַח בְּמַעֲשִׂים הֲגוּנִים׃ וְיָקָר מִזָּהָב רַב מִפָּז וּמִפְּנִינִים׃ יִתֵּן לוֹ בְּרָכָה וְשָׁלוֹם הַמּוֹשֵׁל בָּעֶלְיוֹנִים׃ לְהַמַּשְׂכִּיל הֶחָכָם וְהַנָּבוֹן כמ׳ פְּלוֹנִי וְכָל־אֲשֶׁר אָהוּב לוֹ יִתְבָּרֵךְ מִבְּרָכָה הָעֶלְיוֹנָה בִּשְׁבִילוֹ׃

לְאִישׁ יָקָר Viro Præſtanti.

לְאִישׁ אֲשֶׁר אֲנִי חָפֵץ בִּיקָרוֹ׃ לְעוֹלָם לֹא יִכְבֶּה נֵרוֹ׃ וְיִזְרַח אוֹרוֹ הוּא אֲהוּבִי הַיָּקָר וְהַמַּשְׂכִּיל כמ׳

לְבַעַל הַבַּיִת Patrifamilias.

שְׁלוֹמְךָ יִסְגֵּא לַעֲדֵי עַד׃ יָנוּס מִבֵּיתְךָ פַּחַד וָרַעַד׃
הַמַּשְׂכִּיל וְהַיָּקָר׃ בַּעֲבוֹדַת בֵּיתוֹ עֶרֶב וָבֹקֶר כמ׳

חַיִּים אֲרוּכִים וְשָׁנִים בְּרוּכִים׃ לְךָ יְדִידִי נֶעֱרָכִים׃
וְצֶאֱצָאֵי בֵיתְךָ כּוּלָם יִהְיוּ מְבוֹרָכִים׃ אֲדוֹנִי חֲבֵרִי
אִישׁ בְּרִיתִי כמ׳

לְרַב Rabbino, Doctori excellenti.

צְבִי תִפְאֶרֶת׃ לְרָאשֵׁי עֲטֶרֶת׃ מִכְלוֹל בְּתוֹרָה׃
ipsi in vita reconciliari: Non lugent ipsum luctu solenni, non comitantur funus, non sepeliunt eum in communi cæmiterio, &c. Viginti quatuor constituerunt hujus separationis causas, quas hîc adducere, nec locus nec tempus est. *Cherem* est excommunicatio solenniter in totius ecclesiæ conspectu publicata, quâ reus omnino à cætu sacro excluditur, cum maledictionibus ac diris horrendis ex Lege Mosis excerptis. Hæc priori rarior est, quia horribilior, & quia diræ rarò effectu carent. Proclamatur coram tota synagoga, congregatis omnibus ecclesiæ capitibus & senioribus. Incenduntur candelæ, ac maledictionis formâ finitâ, repentè exstinguuntur, in signum quòd excommunicatus luce cælesti indignus sit. Adhibentur & aliæ ceremoniæ, quas hîc adducere nimis prolixum esset. Hæc est illa excommunicatio, de qua in Evangelio Johannis cap. 9. v. 22. & 12. 42. etsi ab eo tempore Rabbini quædam ipsi adjecerint. Ἀποσυνάγωγον fieri, est synagogâ moveri. Id post Legis & Prophetarum tempora in Jure Canonico Hebræorum per *Cherem* significatum fuit. Nam sub Lege aliud erat, ut liquet ex Levit. 27. v. 28. 29. Num. 21 v. 2. 3. Jos. 6. 17, & aliunde. Unde incommodè alii eam excommunicationem, de qua apud Johannem, ad *Niddui* revocare videntur. Habet enim Niddui terminum certum temporis, & contemptus, pœnam exaggerat, ut dictum, vel in cherem convertit. Id liquet ex hac

hac iuris cōstitutione: מי שישב בנדוי שלשים יום ולא בקש להתירו מנדין אותו שנית׳ ישב שלשים יום אחרים ולא בקש להתירו מחרימים אותו Id est, *Is qui sedit in Niddui sive separatione triginta diebus, & non petii solvi eam, separant eum secundò. Si sederit triginta diebus aliis, neq; petierit relaxari eam, excommunicant ipsum.* Sic alibi legitur de debitore, qui, si à judice ad solutionem cōdemnatus, tempore constituto non solverit, afficitur pœnâ Niddui. Si triginta hujus pœnæ diebus non solverit, duplicatur ipsi Niddui. Quod si ne tum quidem pareat, מחרימין אותו tunc excommunicant ipsum: *Schulchan Aruch, Parte Chosen hammischpat, sectione 100.* Excommunicatus sive מוחרם ergo est à synagoga, conventibus & negotiis publicis, sacris & politicis omnibus, planè exclusus, donec resipiscat, & præstet ea, quæ ipsi præstanda injuncta fuêre. *Schammatha* est extrema proscriptio & excommunicatio, quâ reus omnibus humanæ societatis Juribus, legibus, officiis & commerciis exclusus, judicio divino committitur, & ad extremam desolationem condemnatur. Olim, quem Romanâ civitate pellebant, ipsi aquâ & igni interdicebant, ut significarent omni civitatis & vitę civilis communione eum esse privatum, quòd absq; his duobus elementis vivi non possit. Vocabant & *Proscriptionem*, quod publico scripto fieret talis relegatio. Jurisconsulti *Bannum* dixerunt, rem antiquissimam novo vocabulo appellantes. Etymon vo-

cis Hebręę extremum exitium & desolationem denotat. Id in Gemara declaratum his verbis: מאי שמתא אמר רב שם מיתה ושמואל אמר שממה תהא ומהניא ביה כי טיחיא בתנורא Id est, *Quid Schammatha? respondit Rabb: idem quòd* שָׁם מִיתָה *Ibi mors. Et Samuel dixit:* שממה תהא *Desolatio erit, & proderit ipsi ut linimentum in furno:* Moed Katon, fol. 17. 1. Sensus: Schammatha mortem & extremam desolationem significat: & ut pinguedo ardenti furno illita, penitus absorbetur, sic anathema hoc in ipsum intret, ab ipso absorbeatur, ut penitus desoletur & pereat. Mortem dicit, quia cujusvis manibus ejus vita exposita est, & cuilibet eum interficiendi, libera potestas. Cæterùm hæc videtur illa anathematis species esse, quam Apostolus 1. ad Corinth. 16. 22, voce tunc in ecclesia usitata, vocat *Maranatha*, quasi per interpretamentum vocabuli Schammatha, ex שֵׁם Dominus (nempe יְהוָה, pro quo שֵׁם & הַשֵּׁם dicũt) & אֲתָא Venit. Syri & Talmudici *Dominum* vocant מַר, מָרָא, & inde cum Affixo Pronomine מָרָן Dominus noster. *Dominus veniat*, scil. ultor, divina vindicta & maledictio eum conficiat. Talmudici ex Nomine שמתא Verbum faciunt שַׁמֵּת *Proscribere, Proscriptionis pœnam in aliquem ferre.* Videat, cui commodum est, & cui lubet, de his tribus speciebus, Codicem Talmudicum in Moed Katon, cap. ultimo: Majemonem Parte prima Madda, fol. 22. & seqq. Schulchan aruch, Parte Jore dea, sectione 134. Ego enim longius à pro-

à propoſito digreſſus ſum, quàm volebam. Redeo ad id, quod dicere propoſueram. Rabbenu Gerſom per omnes excommunicationis ſpecies literas reſignare interdixit, id quod abbreviatè ſuperſcriptioni ſubjicitur, his ferè modis:

וְאֶפֶס זוּלָתוֹ אָסוּר בחר״ג מ״ה:
וזולתו אסור בחר״ג מ״ה:
וח״ל בנח״ש דר״ג מ״ה ופפכ״ין
וְאָסוּר לְזָרִים בְּחֵרֶם דר״ג מ״ה:
וח״לב דר״ג כ״ה ופ״נין

Explicatio: *Et præter ipſum prohibitum eſt*, (ſcil. reſignare has literas) per anathema R. Gerſom, luminis captivitatis, &c.

Abbreviaturæ:

בחר״ג id eſt, בְּחֵרֶם רַבֵּנוּ גֶּרְשׁוֹם Per anathema R. Gerſom. Præpoſita litera דְ ex uſu Chaldaico eſt nota Genitivi caſus.

מ״ה, מְאוֹר הַגּוֹלָה Lumen captivitatis.

וח״ל, וְחֵרֶם לְזָרִים Et excommunicatio ſit alienis, ſcil. aperientibus: quandoque additur ב, ut וח״לב, ubi ב valet בְּנִדּוּי.

ופפכ״יין, וּפִתּוֹ פַּת כּוּתִים יֵינוֹ יֵין נֶסֶךְ *Et panis ejus ſit* (ut) *cibus gentilium, vinũ ejus* (ut) *vinũ idololatricum*, id eſt, impurus & prophanus eſto cibus & potus ejus; indignus judicetur, quo cum alii cibum ſumant; non ſecus ac cibus gentium pollutus eſt, & cum quibus edere ac bibere prohibitum, ſic ipſe ſit. Hujus abbreviaturæ interpretatio-

nem, cùm diu ſeduloque & fruſtra indagatus eſſem, vix ægrè nuper à Judæo reſcivi. Sciendum, כות״ם rectè à Judæis poni pro גוים, quo jam nimis notum eſt ſignificari, Chriſtianos. Sic in Talmud Baſilienſi uſurpatum. Aliâs Samaritani eo nomine propriè intelliguntur, quòd Rex Aſſyriæ populum è Cutha regione in Samariam traduxit, ad incolendum eam, unde poſtea omnes Samariæ populi כותים fuêre appellati. Vide 2. Reg. 17. v. 24. י״ן נסך *Vinum libaminis*. Frequens ejus in ſacris mentio: at hîc eo intelligitur vinum Chriſtianorum, quod prohibitum ſibi cenſent Judæi infideles, tanquam idololatricum, cùm in Sacramento Cœnæ dominicæ in memoriam mortis Chriſti, (tanquam Dei alieni, quippe quem Deum eſſe impiè pernegant) ejus apud Chriſtianos uſus ſit.

בנח״ש, id eſt, בְּנִדּוּי, חֵרֶם, שַׁמַּתָּא, quæ ſunt tres excommunicationis ſpecies jam declaratæ.

וחל״ב Paulò antè poſitum.

ופ״נין, id eſt, וּפֹרֵץ גָּדֵר יִשְּׁכֶנּוּ נָחָשׁ *Et rumpens ſepem, mordebit eum ſerpens*, Eccleſ. 10. 8, id eſt, Pereat, Periculum vitæ ſubeat, qui literas ruperit. Quandoque notant,

והב״ריח id eſt, וְהַפּוֹתֵחַ בְּלִי רְשׁוּתִי יְדַקְּרֵנוּ חֶרֶב *Et aperiens abſq; licentia mea, transfodiat eum gladius.*

Qui fideliter illæſam perfert, aut ut fidè tradit, in eodem literarum dorſo ponunt,

והמ״ל תע״ב, id eſt, וְהַמַּגִּיעַ לְיָדוֹ תָּבוֹא עָלָיו בְּרָכָה

Et

Et qui perfert ad manus ejus, veniat ſuper eum benedictio.

I V. Infimè ad extremum ponunt locum, unde epiſtola ſcripta, veluti מקֹק פלוני, id eſt, מִקְּהִלָּה קְדוֹשָׁה Ex ſynagoga ſancta N aut מְמְתִיבְתָּא פלוני Ex ſchola N. Sic ſcribunt de loco, in quo ſynagoga aut academia eſt, ut & alibi dictum. Vel מֵעִיר שְׁפִירָא Ex urbe Spira, aut מִפֹּה ורַאנקבורט Hinc Francfurto: aut מִכְּפָר Ex pago N. Habes requiſita ſuperſcriptionis totius, quæ ſic ex manuſcriptis & hodierno uſu Judæorum conquiſivimus: Nunc varias formas ex iiſdem apponemus, ſimplices & rhythmicas, quales de elegantia linguæ eſſe judicantur. Nam quæ in hoc libello appoſitæ ſunt, ſic imitandi causâ pueris olim fuerunt propoſitæ, & nunc rudes habentur, ſi quis ad doctos iis utatur. Poſſunt tamen ſubſidio eſſe, & melius exornari.

Superſcriptiones variæ.

לעיר באזיליאה

לְיַד מוֹפֵת הַדּוֹר אָב בְּיִשְׂרָאֵל הָאַלּוּף הַקָּצִין
הַמְפוֹאָר וְהַנַּעֲלֶה כמ״ר פלוני יצ״ו ואליו אטה
כנהר ש״ר י

וחו״ל בנח״ש דר״ת ופנין׳

מֵעִיר גְּדוֹלָה וְוֶינֶיצִיאָה׃

Vides hîc omnia ſuperſcriptionis requiſita, de quibus diximus. Supervacuum foret, ſingula

repetere in singulis, unde compendio utemur. Quòd autem hæc superscribendi Hebræorum proprietas, non est ad gustum Latinorum, ideo versionem omittimus, & sensum cuique privatâ diligentiâ investigandum relinquimus.

ליד אחובי המפואר והנעלה כמ״ר פלוני׃

ליד התורני אספקלריא המאירה כמ״ר פלוני יצ״ו׃

לאיש המוכתר ומפואר במעלות המדיות והתורניות הקצין האלוף כמ׳

יובל ויושג אל האלוף רוזני המרומם המפואר והנעלה כמ׳

ליד אהובי עמיתי איש בריתי החכם הכולל כמ׳

לאיש אשר אני חפץ ביקרו אהובי היקר כמ׳

ינתן אל־יד אהובי כאח לי איש ישר ונאמן

אל כלי מלא עסים ונופת צופים אהובי הגביר הנעים ושעשעים כמ׳

אל יד איש הנלבב יקר־רוח כמ׳

אל הנעלה רוזני וקציני המרומם כמ׳

אל יד אהובי עמיתי איש בריתי הכרתי והפלתי האלוף המרומם כה״ר׃

אל ידי איש יקר רוח ונדיב לב האלוף׃

אל יפעת כבוד החכם השלם איש חמודות׃

יותן ויובא אל יד אהו׳ היקר ונעלה לשם ולתהלה׃

פְּרִיטַנְמָא הָדֵין יִנָּתֵן אֶל יַד אֲדוֹנִי מוֹרִי הַיָּקָר וְהַנָּקִי הַמַּשְׂכִּיל·

נִשְׁתְּוָנָא דְנָא יוּשַּׂג וְיוּתַּן לְיַד הָאַלּוּף וְהַגָּאוֹן וְהַמּוּפְלָג וְהַמְּהוּלָל בְּפִי כל רַבָּא דְעַמָּא בּוֹצִינָא דִנְהוֹרָא יָ״ר בְּתוֹרָה כמ״

אֶל יַד אֶחָד הָעָם· כְּבָרָק בֶּן אֲבִינוֹעַם· הוֹלֵךְ בְּטוּב טַעַם· הַיָּקָר וּמְאוֹר מַשְׂכִּיל·

אֶל יַד אֶחָד הָעָם· יָדָיו כּוֹנְנוּ בְּנוֹעַם· אַשְׁרֵי לוֹ שֶׁאוּמָנוּתוֹ נְקִיָּה· בְּאֶרֶץ תַּלְאוּבוֹת וְצִיָּה· לֹא יִדְאַג כִּי יָבוֹא חוֹם וּשְׁאִיָּה·

אֶל יַד אֶחָד הָעָם· אִמְרוֹתָיו נוֹעַם· לְשַׁבֵּחַ נוֹתֵן טַעַם· מְאוֹר מַשְׂכִּיל אֲהוּבִי הַיְדִיד הַנֶּאֱמָן·

לְעִיר הַגְּדוֹלָה בָּאזֵיל הַמְּהוּלָּלָה

אֲשֶׁר שָׁם שׁוֹכֵב אֶחָד הָעָם. בְּטוּב טַעַם· מֵקֵל שׁוֹקֵד נוֹעַם כְּבָרָק בֶּן אֲבִינוֹעַם· כֶּתֶר חוֹלֵם פַּעַם· אהוּבִי הַיְדִיד

לְיַד אֲהוּבִי הַמְּרוֹמָם וּמְאוֹר נַעֲלָה· לוֹ נָאָה הַשְּׂאֵת וּגְדוּלָּה·

לְיַד אֲהוּבִי הַיָּקָר וְהַנַּעֲלֶה· בְּכָל מִינֵי מַעֲלָה· לְשֵׁם וְלִתְהִלָּה· אִישׁ תָּמִים וּפוֹעֵל צֶדֶק

מוֹשִׁיב בֵּין חֲכָמִים כִּסְאוֹ· וְעַד שְׁחָקִים יַעֲלֶה

שיאו· ידיו לנשורת תושיה יפליאו המשכיל
אל יד איש חיל רב פעלים אשר פועל ידיו ירצה
אדוניו בלבו יראת אלהיו· חכמתו תאיר פניו האלוף
הנמרץ באמרי יושר·

לאיש נזר זמננו. מופת דורנו· משיב נפשנו·
חכמתו אל עבר פנינו· האלוף והגאון·
ליד אהו החכם השלם· כל רז ממנו לא נעלם·
לאביר הרפאים· נשא על כל הנשאים· עיני
כל ישראל עליו ראים· אהובי הנעלה·

לאיש אשר כבודו מלא עולם· ולבו כפתחי
של אולם· קדוש יאמר לו וכבודו אמרו כולם·
מהר״ר

ליד בני המשבח והמפואר· בכל מיני פאר
אשר בו אתפאר· ידיד נפשי·

אל רום מעלות עילות תהלות בעולות מעולות
אהובי מבירי יקירי האדון·

אל גבר בגבורים· אביר אבירים· נכבד ונעלה
בפאר ומעלה· איש יקר רוח ובן משכיל·

ינתן ויגיע ליד גברא· רבא ויקירא· אספקלריא
המאירה· בדרישא והקירא· ריש המתיבתא מהר״ר·

ליד המרומם אשר אהבתיהו· שבע ביום
הללתיהו· על לוח לבבי כתבתיהו· המפואר אדוני
וידידי כמ״

ליד

לְיַד אֲהוּבִי הָרוֹעֶה בְשׁוֹשַׁנִּים׃ מְמוּשָׁח שֶׁמֶן שְׂשׂוֹנִים׃ זָקֵן וּנְשׂוּא פָנִים׃ שׁוֹמֵר אֱמוּנִים׃

לְיַד אִישׁ אֱמוּנִים׃ מַעֲשָׂיו נָאִים וַהֲגוּנִים עֵינָיו יוֹנִים׃

לְיַד זַךְ וְהַטָּהוֹר׃ מְצֻחְצָח וּמְזוּהָר׃ כַּשְׁחָקִים בָּהִיר׃

עֲלֵי לָךְ לְגַבְרָא יַקִּירָא׃ שְׁבִיל דְאוֹרַיְיתָא לֵיהּ נְהִירָא׃ דְכֵי מִדְּהַב סְגִירָא׃ השלם ונאמן בברית׃

עֲלֵי לָךְ לְאָהוּב נֶאֱמָן בִּבְרִיתוֹ׃ כְּצֵאת הַשֶּׁמֶשׁ כִּגְבוּרָתוֹ׃

לְיַד אִישׁ אֱמוּנִים׃ שִׂפְתוֹתָיו שׁוֹשַׁנִּים׃ בְּיוֹשְׁבֵי תַחְכְּמוֹנִים׃ יָקָר מִפַּז וּפְנִינִים׃

לְיַד הָאִישׁ נוֹדַע בַּשְּׁעָרִים שְׁמוֹ׃ הָאֱלֹהִים יִשְׁגֶּה שְׁלוֹמוֹ׃

אֶל יַד יְדִידִי חָכָם הַכּוֹלֵל׃ מוֹצִיא יָקָר מִזּוֹלֵל מוֹלִיךְ עַמִּים שׁוֹלָל׃

Supeiſcripſi, & ſatis abundeq; ſcripſi, unde a pluribus, quæ jucundè adjici poſſent, me abſtineo, & pergo ad alia.

CAPUT VII.

De re vaga epistolæ, & ejus summis generibus.

Hactenus de re stata & solenni epistola.

Res vaga est quodvis epistolæ argumentum, ab omni re, de qua mutuus sermo institui solet, petitum. Nam quicquid incurrit in sermonem, idem causam & occasionem præbet epistolæ, quæ visibilis inter absentes sermo est. Sunt autem omnes res divinæ & humanæ, sermonis inter homines materies, & sic nullum non argumenti genus recipit epistola. Horum species recensere, esset Lybicas arenas pernumerare. Attamen omnis ea res ad tria summa genera, non malè, ut videtur, recolligi potest, quorum aliud sit *Serium*, aliud *Doctum*, aliud *Familiare*.

Serium, quod unam rem præcipuè agit, & in unum scopum impensiori curâ directum & intentum est. Hoc instituuntur Narrationes, Deliberationes de bello, de pace, de Republica, ejusq; optimâ vel corruptâ formâ: Item Suasiones, Dissuasiones; Hortationes, Dehortationes; Laudationes, Vituperationes; Excusationes: Consolationes: Commendationes: Accusationes: Gratulationes: Petitiones: Gratiarum actiones, & aliæ similes innumeræ, quæ una potissi-

tissimùm in re pleno gradu incedunt, gressumq́; firmant & sistunt.

Doctum sive doctrinale, quod in certo aliquo doctrinæ genere versatur: estq; primò *Philologicum*, quod variam multiplicemq́; doctrinam tractat, scitè dicta, graves sentẽtias, & eruditas quæstiones, acutè pensitando & peritè explicando, unde vulgò circa amæniora studia occupari dicitur. In hoc genere conscripsit olim Quæstiones epistolicas Varro, & Valgius Rufus Quæsita per epistolam, & sic annis superioribus Johannes Drusius, Academiæ Franekeranæ in Frisia lumen, amicus meus è primis, edidit epistolarum librum, cui nomen *De quæsitis per epistolam*. In eo enim ipse vel quærit aliquid ab amicis, aut quæsitis forma epistolari respondet, & plurima Scripturæ loca, ex Hebrææ linguæ proprietate, eruditè & acutè explicat. Sic inter Hebræos extant libri plures, quos שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *Quæstiones & Responsiones* ipsi vocant, quorum quidam formâ epistolari varias res pertractant. 2. *Philosophicum*, quod versatur circa ea, quæ naturam & mores vel explicant vel informãt, quales sunt Epistolæ Senecæ, & quædam Platonis: item Ethicæ, Politicæ, Medicæ & similes. Ex hoc genere apud Hebræos extat אִגֶּרֶת הַקֹּדֶשׁ *Epistola sanctitatis* R. Mosche Nachmanidis, de societate conjugali philosophicè disserens, & non minus Theologicè quam ethicè, de liberis sanctè procreandis & educandis, hominem informans.

e 2

Ea ſeparatim excuſa eſt hîc Baſileæ, Anno 80. ſuperioris ſeculi. Item אִגֶּרֶת ר׳ מֹשֶׁה בֶּן מַיְמוֹן עַל גְּזֵרַת מִשְׁפְּטֵי הַכּוֹכָבִים Epiſtola R. Moſche Majemonidis de Aſtrologia judiciaria, quâ ad Judæos Marſiliæ ſcripſit, omnia humana ex aſtris dependere exiſtimantes. Hæc verſa eſt in Linguam Latinam, à Joh. Iſaaco, & edita Coloniæ. 3. *Theologicum*, quod circa res divinas & ſacras literas occupatum eſt. Hujus generis plurima ſunt apud Patres eccleſiæ Chriſtianæ, & in libris Quæſtionum & reſponſionum, (de quibus paulò antè) apud Hebræos.

Familiare, quod de rebus familiaribus, domeſticis & quotidianis, familiariter agit. Hoc genuinum epiſtolæ caput eſt: reliqua duo aſcita, & huic ferè intexta, maximè doctrinale, quod alterius naturæ & greſſus, tunicatum incedit, & penulam epiſtolici coloris ſuperinduit, ac ut doctus apud Latinos ſcribit, rem non epiſtolæ, epiſtolæ veſte velat. Hinc rariùs ab Hebræis excultum, aut ubi cultum, epiſtolæ quidem nomen fronti apponit, ſed habitum epiſtolarem mox deponit, & in libelli cujuſdam formam evagatur. Reliquorum duorum generum exempla hoc libro proponuntur.

CAPUT IIX.

De Sermone, in genere & in specie, ac triplici ejus virtute.

SErmo est dictio, phrasis, stilus, loquendi modus epistolæ aptus & conveniens. Aliter enim fluit elaborata oratio; aliter incedit familiaris sermo, quem inter absentes epistola repræsentat. Aliter Cicero ad amicos locutus est de causa Milonis; aliter de eadem apud Judices & in Senatu. Aliter Prophetæ in publicis concionibus apud reges, principes, populum; aliter ad fideles amicos privatim.

Convenientia sive aptitudo epistolaris consideratur tum *in genere*, tum *in specie*.

In genere requiritur, ut stylus epistolæ sit *Simplex, Brevis, Perspicuus*.

Simplex, similis quotidiano sermoni, qui familiaris rectus, naturalis & illaboratus est, sine cultu quidem & curâ, non tamen dissolutus aut omnino incultus, qui nisi hominis planè negligentis & plebei est. Cic. lib 9. epist. 21, ait: *Epistolas quotidianis verbis texere solemus.* Seneca ep. 76: *Qualis sermo meus esset si unà sederemus, aut ambularemus, illaboratus & facilis, tales esse epistolas meas volo, quæ nihil habeant accersitum nec fictum.* Absit ergo affectatum omne: ultrò adsit & comitetur, qui adest decor. Assurgere tamen nonnihil potest

ſermo,& gravior ſublimiorq; incedere, côptior etiam & nitidior, ſi argumenti & perſonæ qualitas ſic admittat. Idem totum in familiari ſermone uſuvenit. Atqui Hebræus ſermo nobis Chriſtianis non eſt naturalis, multo minus quotidianus: quomodo ergo ejus ſimplicitatẽ ſcripto aſſequemur? Imitemur Judæos. Hi uſu & exercitatione acquirunt, quidquid facultatis hodie in lingua Hebræa poſſident. Cujusq; terræ, in qua naſcuntur & educantur, lingua ipſis materna eſt: Hebræi ſermonis cognitionem primam in ſcholis & ex libris addiſcũt, quam modica in vita quotidiana converſatione augent, ſcribendo & exercendo confirmant & perficiunt, ſed docti tantùm. Sic apud ipſos, æquè ut apud nos, verum eſt illud: *Stilus optimus & præſtantiſſimus dicendi effector eſt ac magiſter.* Neq; id injuriâ. Nam ſi ſubitam & fortuitam orationem commentatio, & cogitatio facilè vincit: hanc ipſam profectò aſſidua, ac diligens ſcriptura ſuperabit. Nos ergo ſermonem, quem in communi vitæ uſu non poſſidemus loquendo, eum noſtrum faciamus legendo, & ſcribendo exerceamus tantiſper, dum in uſum quotidianũ quàm facillimè tranſeat. Simplicem & quotidiano ſermoni ſimilem ſtilum, acquiremus ex libris Veteris Teſtamenti Hebraicis, in quibus ſolis hodie linguæ ſimplicitas, puritas, gravitas, venuſtas & decẽtia omnis comprehenditur. Hanc quanto magis quis exprimit & ſequitur, tanto doctior

doctior & eloquentior in hac lingua habetur. Quomodo autem biblicus sermo ad familiarem usum sit accommodandus, ejus specimen aliquod hic libellus epistolarum per quàm familiariter exhibet.

Brevis: non paucos versiculos scribendo, sed maximam rerum vim, in pauca conferendo. Id fiet, *Primò*, si nihil adsit tautologon aut supervacuum in rebus: *Secundò*, si ambitus sententiæ sit brevior, cujus membra communium verborum ellipsis, aut asyndeton non rarò constringat: *Tertiò*, phrasis nervosa: verba parca, pura & necessaria. At hoc totum est alicujus sudoris tersi, & judicii maturi, quod immaturum juvenilis ingenii luxuriem, dextrè noverit resecare, & stylo depascere, ut oratio fiat pressior. Attamen *materiæ* & *personæ* qualitas, quandoque aliter postulant. Argumentum varium, quale doctrinale diximus, deduci potest, immò etiam serium, si in augustiori materia sit occupatum. Qui hîc nimio parcus fuerit, necessaria & utilissima sæpè detrahet: quinetiam molestiam afferet, veluti qui magno pedi calceum arctiorem induit. E contrario, rem tenuem & familiarem, magnis verborum ambagibus circumvestire, esset Herculis personam & cothurnos, infanti aptare, ut loquitur Quintil. lib.6. cap.1. Persona, si nota & familiaris sit, brevitatem vult: at apud ignotos & Magnates vix abest, quin contemptum brevitas pariat. Nam ut gratia apud ipsos con-

cilietur, elegantior quædam ac floridior ubertas nō incommodè usurpabitur. Juvenis vel grandioris etiam ætatis, sed leviter tantùm eruditus, simplicitatem cum prolixitate aliqua desiderat; debet enim erudiri: secus, qui doctrinâ valent, ac limati politiq; sunt judicii. Sed verò in prolixitate tali potest & brevitas grata esse ea, quæ antea posita. Alioquin, ut garrulitas in sermone familiari odiosa, sic πλυλογία, præsertim inanis & ventosa, in epistolis. Cæterùm brevitas jam laudata, si in ulla lingua, in Hebræa poterit usurpari quàm commodissimè, dico & facillimè. Nulla enim lingua vix alia est, quæ ita vocabulis angusta, & sensibus ampla & augusta, ut hæc, quod tot virorum doctorum scriptis toties est concelebratum. Ex qua innata brevitate hoc enatum, ut idem aliis verbis Prophetæ subinde in sacris literis repetierint, ex quo rursus suavissima quædam, tam verborū quàm sensus, exuberantia emicat. Hîc amabile loquendi pondus, hîc nervosa pressa, concisa omnia sunt: ellipses quædam perpetuæ, asyndeta frequentissima, unde contracti & breves verborum ambitus emanant. Sed cavenda obscuritas, cujus processus ex brevitate admodum est lubricus; vitandæ abruptæ sententiæ, & suspiciosæ, in quibus plus intelligendum est, quàm audiendum, ut alibi loquitur Seneca: proinde studiosissimè in brevitate, sectanda erit perspicuitas.

Perspicuus: cui enim usui aut cui laudi sermo, qui

qui vel non intelligitur, aut ægrè percipitur, vel audienti suspicionem sui fecerit? Ad hanc virtutem primò adhibeas verba *propria:* fugias aliena atq; audacius translata, aut pravè flexa & detorta; lectis atq; illustribus utaris, in quibus plenum quiddam & sonans inesse videatur. Deinde *usitata*, quæ prima sui appellatione sensum evidentem porrigunt: absint exoleta, ab usu quotidiani sermonis intermissa, ad quæ, tanquam ad scopulum in cursu, graviter impingitur. Demum *benè collocata:* non sint suspensa verba aut distracta longius; non differantur, ut diu exspectata vix ad clausulas reddantur; non sint improbè structa, negligenter abjecta, extra consuetudinem omnium posita; non sint ambages structuræ, verba transversa, unde sensus involutus, anceps, errans; aut magnus ille quidem sæpe impetu primo, sed enervatus dum exit, relinquitur. Sed & hic sermo Hebræus gaudet vocabulis propriis penè natis unà cum rebus ipsis. Translata quæ sunt, nervos & vires significandi habent, usuque biblico ita comprobata sunt, ut nullum istorum impropriũ censeri debeat, modò non in alienum sensum abripiatur. Usitata verò hîc in primis censentur, quæ sermo biblicus habet, aut etiam quæ communis doctissimorum Rabbinorum usus, inde à priscis seculis ex quotidiana populi Hebræi loquendi consuetudine recepta, approbavit. Eò enim sæpè recurrendum, quando necessaria vocabula

biblicus sermo non suppeditat: hoc quisquis familiariter uti novit, parcissimè mutuatis utitur. Unde quem Judæi Germani ab usu & peritiâ linguæ Hebrææ summè commendare volunt, de eo dicunt, Er schreibet eitel Pasuk laschon, id est, puro puto stilo biblico in scribendo utitur. At hunc oportet in Bibliis benè versatum esse, tum etiam applicandi usum ex Hebræorũ scribendi consuetudine, mediocriter nosse, cujus specimen hic noster libellus jucundè exhibet. Denique nulla alia lingua est, quæ verba ita naturali ordine collocat, quàm hæc ipsa Hebræa, ut minimum perspicuitati ab hoc membro periculum sit.

Hæ virtutes ita inter se nexæ & temperatæ sunt, ut gratia, venustas, lepor vel insideant ipsis, vel è facili comitentur, nempe si adagia, paræmiæ, sententiæ insignes sacræ, aut Rabbinicæ joci ac sales tempestivi, (qui in dicendo mirum quantum valent) ceu flores quidam passim epistolæ inspergantur. Sed hoc ab experientia est, & ingenio mediocriter exercitato.

In specie consideratur sermo, tum quoad *verba*, tum quoad *phrases*. Verba sunt voces singulæ, in quibus requiritur, ut sint Hebrei sermonis *propriæ*, non barbaræ aut peregrinæ, qualibus Talmudica lingua impurata est, & refertissima præ aliis libris, Glossa magna in quinque libros Mosis, & qui similes ea ætate (300. annis post Christum) nati. Ut verò Latini Græcis voca-

bulis

bulis & sententiis, non sine singulari gratia persæpè utuntur, sic Hebræi Chaldaicas ad ornatum quandoq; ascişcunt. Mutuum enim hæ linguæ se amant, ob idem originis caput, & usum diu olim in populo Hebræo communem. Phrases sunt voces in sententia conjunctæ. In his debet eminere *elegantia* & *nitor*. Elegantia est, qua unumquidque purè & apertè dicitur: ut elegantia Hebraismi, quę sermonem Hebræum purum conservat ab omni vitio remotum. Vitio; solæcismo & barbarismo, de quibus Grammatici agunt. Nitor est sermonis ornatus & splendor varius, qui vel in verbis singulis vel sententiis, de quibus hîc agere non est locus.

Caput IX.

De exercitii & imitationis ratione.

EXercitii ratio dupliciter instituitur, *Lectione* & *Imitatione*. Sodalitio gaudent, immo una esse volunt. Nam illa ubi sola est, intellectum quidem sæpè juvat, at ubi manus operi accomodanda, sæpè operantem omni ope destituit, ob labile memoriæ beneficium. Imitatio si comes sit, felicius longè opus procedit. Hîc Cicero ad Q. Fratrem hoc consilio usus, quod amplectendum: Primò videndum, *Quis legendus: 2. Quid in eo imitandum: 3. Quomodo imitatio instituenda.*

Primò, in genere scribendi epistolico, pauci

in lingua Hebræa authores legendi occurrunt. Sub meum conſpectum tres epiſtolarum libri tantùm pervenerũt: unus, מְגִלַּת סֵפֶר ex quo pleraſq; hujus Centuriæ epiſtolas excerpſi. Stilus in hoc eſt biblicus & familiaris admodũ. Alter אִגֶּרֶת שְׁלוֹמִים, qui hîc Baſileæ ante paucos annos recuſus, apud Judæos Francofurti venditur. In hoc ſtilus, minus quàm in præcedenti elegans, quia nõ ita purè biblicus, nõ tamen rejiciendus. Tertius מַעְיַן גַּנִּים *Fons hortorum*, excuſus Venetiis. Hunc commodato habui à CASP. WASERO, Eccleſiaſte & Profeſſore Hebræo Tigurino excellentiſſimo, amico meo vero: at hic tyronibus uſui exiguo eſſe poteſt. Nam ſtilus in eo ſublimior, metaphoris, allegoriis, hyperbolis plenus, gravis & grãdiloquus ſæpè uſq; ad vitium, quo ipſo faciem epiſtolarem non ornat ſed deformat, & aciem mentis aut nimio ſplendore repercutit, aut vibrantibus verbis diſtrahit, aut obſcurè retinet. Sed ab his libris non eſt incipiendum: fundamentum ſit lectio ſermonis biblici; applicatio verò ad uſum familiarem, ex Hebræorum ſcriptis cognoſcenda. Multâ ergo lectione biblicâ potius, quàm multorum lectione formandus & ducendus eſt color.

Quid ſeligendum ſit, ſub tria capita referes: Formularum, Sententiarũ, Dictionum. Formulę, ut exordiendi, ſalutandi, abrumpendi, concludendi, Inſcribendi: laudandi, vituperandi, petendi, excuſandi, &c. quorum materiã aliquam

in

in hac Institutione habes. Sententiarum caput sit, quod contineat Similitudines, Allegorias, Hyperbolas illustres, Adagia, Scitè dicta, Apothegmata, & quæ alia similia ad mores & virtutes, ceu insignia ornamenta & invitamenta, pertinent. Huc facit liber פִּרְקֵי אָבוֹת à Fagio editus & explicatus: Sententiæ Ben Syræ, cum Adagiis Hebraicis & Proverbiis sacris JOH. DRUSI. Dictionum caput sit in observatione *Verborum* & *Phrasium*. Verba, quæ una aliqua significatione insignia & rara; à Rabbinis novata; flexione speciali anomala aut varia; novè constructa, aut novo sensu usurpata, epitheta, antitheta, & si quid tale aliud. Phrases insigniores, vel singulæ, vel unius significati variæ, sacræ, Rabbinicæ: veluti Amoris & Amicitiæ, Auxilii, Cõsilii, &c.

Quomodo imitatio instituenda, facilè cognoscitur, si sciatur, quid sit Imitatio. Est autem Imitatio exercitatio, quâ is qui antè, ceu optimus, delectus, imitando ita effingitur & exprimitur, ut quæ ejus fuerant vestigia illustriora, noster fiant gressus plenus & planus. Primò ergo melior, & in eo, quę maximè excellunt, imitanda seligantur. Melior author seligi non potest, quàm textus biblicus: & in hoc quidquid est, vitale est & salubre. In reliquis cave, ne vitia sint pro exemplo. Sed apertius loquar. Pro triplici imitatoris conditione & statu, tripliciter procedendum fuerit.

Tyro & novus in hac palæstra miles, libertate

quadam majori utetur, & formulares istas epistolæ partes; versus, sententias, phrases integras biblici aut Rabbinici sermonis, totas, sed scitè ad suum propositũ flectet, & artificiosè suis verbis intexet. Fucus manifestus neminem turbet. Hinc enim semper aliquid adhæret, quod mox, ceu nativum, prodibit.

Adultus & mediocriter exercitatus, cautior erit & verecundior in usurpandis alienis, aut saltem ita velabit artificiosa culturâ, ut sui nunc ingenii colorem referant. Laus nunc quæri debet in propriis, & omnis exercitatio in habitum declinabit. Sit etiam hæc adolescentia in sermone paulo liberior: non omnia luxuriei denegentur: vincat aliquando facilè fluens copia: ornatus verborum sit studiosior: concinnitas & venustas sententiarum largior, & in toto corpore elegantia politior. Hæc enim singula, in externis etiam, juventutem commendant.

Virilem ætatem in his literis assecutus, oratio quoque virilem habitum induat. Omnia nunc, ceu propria prodeant: luxuries ista juvenilis defervescat: verbis ad compositum & decentem cultum, sententiis ad gravitatem orationis utatur: nimia omnis anxietas circa cultum externũ vitetur. Hic ut non est ornamentum virile, ita neq; oratio comptior. Sit stricta, robusta, densa, in qua virtus vivida, acumen, nervi ac vires animi virilis emineant. Talis in Propheta Jesaia & aliis aliquot, insigniter elucet. Oratio est cultus animi;

animi: solicita & polita nimis; circumtonsa, fucata & manufacta, ostendit authorem non magis sincerum. A juvenibus barbâ & comâ nitidis, & de capsula tortis (ut Seneca loquitur) nihil sperari potest forte, nihil solidum.

Hæc sunt, quæ de hoc argumenti genere mihi nunc in mentem dicenda venerunt. Si quis fortè uberiorem tractationem requirat, cogitet, me tantum nunc dare, quantum ante me dedit nullus. Utatur ergo præsentibus, & exspectet plura, si hæc ipsa ad gustum fuerint. Ut sapiant, gustare oportet prius & ad usum transferre.

Abdita quid prodest generosi vena metalli,
Si cultore caret?
Aera nitent usu: vestis bona quærit haberi:
Canescunt turpi tecta relicta situ. *Nec medici, nec Imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperunt, quicquam magna laude dignum, sine* USU *&* EXERCITATIONE *consequi possunt*, scribit Cic. 1. Off. Ab hac mente est illud veterum Sapientum ex Hebræis, antiquum proverbium:

אִי לָאו דְּלֵינָא חַסְפָּא לָא מִשְׁתַּכַּחַת מַרְגָּנִיתָא תּוֹתֵיהּ

Id est, *Nisi elevassem ego lapidem, non inventa fuisset margarita sub eo.* Laboranti propitium Numen adest: nam הבא ליטהר מסייעין לו *Qui venit ut mundetur, ei opem ferunt*, divinitus scilicet ipsius conatus juvatur & promovetur. Qui utilia despicit, eorum usu carebit, cùm opus habiturus est ipsis, in quem sensum Hebræi dicunt, כל המבזה בגדים אינו נוהנה מהם לסוף

Id eſt, *Quicunq; deſpicit veſtes, tandem ipſarũ nullum uſum habebit*, ut legitur apud Talmudicos, in Berach. fol. 62. 2, & citatur à R. Salomone 1. Reg. 1. v. 1. Sic qui utilia linguæ Hebrææ precepta contemnit, linguę hujus uſum cũ dedecore & damno deſiderabit, quando dubia Sacræ Scripturæ loca ex ea explicanda ſunt, & tantùm ex ea explicari poſſunt. Alii, qui fruſtra habẽt, quicquid rectè dicitur, & in ſua ſibi ſtoliditate & ignorãtia placẽt, audiant hæc Hebræis vulgata adagia: קָמֵי דְשָׁתֵי חַמְרָא חַמְרָא קָמֵי רַפּוֹקָא גְרִידָא דוּבְלָא *Coram bibentibus vinum, vinum; coram foſſore, corbis oleum*: Sota fol. 10. 1: item, תְּלֵה לֵיהּ קוֹרָא לְדָבָר אַחֵר וְאִיהוּ דִּידֵיהּ עָבִיד *Appende muſcum dactili porco, is quod ſuũ eſt facit*: Berachoth fol. 43. 2. Fruſtra ſus mundatur vel ornatur: nam pergit ſe in luto volutare, quod ejus propriũ. At verò תן לחכם ויחכם עוד הודע לצדיק ויוסף לקח *Da ſapienti, & ſapiet magis: doce juſtum, & auctiorem acquiret doctrinam*, Prov. 9. 9. In hoc numero cupio eſſe omnes, qui per ſanctę linguę Hebrææ accuratiorem cognitionem, firmiùs & ſolidius de vera Verbi Dei, quod Hebraicè conſcriptum eſt, interpretatione judicare ſolicitè cupiũt, quorum conatus omni ſtudio juvare ut animus eſt, ita vitam & vires inter tot nunc circumvallantes nos calamitates, Deus clementer ſuppeditet. Amen.

תם ונשלם

תהלה לאל עולם

EPIST.

EPISTOLARUM

HEBRAICARUM

Familiarium

LIBER I.

א

לְאִישׁ מְשׁוּתּוֹקָק מֵחֲבֵרוֹ

וּקְרוֹבוֹ הֶרָשׁוּב שֶׁיִּכְתּוֹב

לוֹ

נַפְשִׁי אִוִּיתִיךְ בַּלַּיְלָה אֶשְׁכְּבָה לוֹהֲטִים וְהָיָה
בְּלִבִּי כְּאֵשׁ בּוֹעֶרֶת לִשְׁמוֹעַ קוֹל מְבַשֵּׂר
טוֹב מִבֵּית אֲדוֹנִי וְסִיָּעָתוֹ אַף רוּחִי בְקִרְבִּי יֶהְגֶּה אֵימָה
אַחֲרֵי כִּי עָבְרוּ הַיָּמִים וְאֵין קוֹל וְאֵין קֶשֶׁב מִמְּעוֹן
שִׁבְתֶּךָ וַאֲנִי כַּיּוֹלֵדָה אֶפְעֶה לַחְקוֹר וְלִדְרוֹשׁ בְּקוֹל
גָּדוֹל מִכָּל עוֹבְרֵי דֶרֶךְ אֵיךְ תְּסֻבֶּינָה גַּלְגַּלֵּי אוֹפַנֵּי
פְּרָטֵיכֶם לָכֵן אֲשַׁחֶרְךָ בְּחֶזְקַת הַיָּד תְּחַזַּקְנָה יָדֶיךָ
תוּשִׁיָּה הַיּוֹם הַזֶּה וְהִתְוִית תָּו קַו קַו מִגְּלִילֵי
אֶצְבְּעוֹתֶיךָ לְנַחֲמֵנִי בִּבְשׂוֹרַת שְׁלוֹמְךָ וּבְנוֹעַם בְּנֵי
בֵיתְךָ יִהְיֶה בְּעֵינַי כְּמוֹצֵא שָׁלוֹם נוֹפֶךְ סַפִּיר וְיַהֲלוֹם

Imò animus meus. Heb. Animus meus meditatur terrorem : Sic, לִבְּךָ יֶהְגֶּה אֵימָה Cor tuum meditatur timorem; Jesa.33.18.

Neque vox. Nihil planè de te vel rumore vel literis percepimus : ex 2.Reg.4.31.

Parturientis more. id est; vehementissimè, ex Jesa.42.14.

Ut investigem. Heb. Ad investigandum, &c. Sic, וחקרת ושאלת היטיב Et inquires & pervestigabis & percunctaberis diligenter, Deut.13.14.

Viatoribus: Hebr. Transeuntibus per viam: phrasis trita. Sic, לקרוא לעברי דרך Ut advocet prætereuntes per viam, viatores, Prov.9.15.

Quomodo sese habeant. Quis sit rerum singularium vestrarum status. Heb. Quomodo vertantur orbes & rotæ particularium rerum vestrarum. תסובינה Tertia pluralis fæminina, quæ legitur Gen 37.7, תְּסֻבֶּינָה אֲלֻמֹּתֵיכֶם Circuibant manipuli vestri: Inde fortè ad hanc locutionem traducta, etsi inconvenienter: sequentia enim Nomina masculina sunt, unde rectiùs diceretur יָסֹבּוּ. Sic dum phrasin sacram ad sermonem familiarem accommodant, sæpè in genere Grammatico peccant. גַּלְגַּלֵּי vel גַּלְגַּלֵּי Plurale constructum à Singulari גַּלְגַּל Orbis, Rota, à גָּלַל unde & גִּלְגֵּל Volvere, Vertere, Circumvertere. אוֹפַנֵּי à sing. אוֹפָן Rota, pluraliter אֹפַנִּים Rotæ, quod Ezech.1. sæpiùs legitur. Intellige hîc per Orbes & Rotas; rerum quemlibet Statum & Conditionem, motum & varietatem. Sic אוֹפָן apud

Rabbi-

Rabbinos latè eſt Modus, Ratio, Forma, Conditio. פְּרָטִים Particularia, Specialia, Individua, Singularia, à ſingulari פֶּרֶט, quod in Scriptura ſignificat Acinos ſingulos, particulares & ab uva ſeparatos, unde illud: וּפֶרֶט כַּרְמְךָ לֹא תְלַקֵּט Et particularitatem vineæ tuę ne relegito, Levit. 19. 10, id eſt, acinos deciduos. סִפּוּר פְּרָטִי Prædicatio particularis: פְּרָטִיּוּת Particularitas, apud Rabbinos: בִּפְרַט In ſpecie. פְּרַט etiam Numerationem particularem non integram, ſignificat, unde illud לִפְרַט קָטוֹן Juxta ſupputationem minorem, à qua ſcil. numerus millenarius amputatus eſt. Sic loqui ſolent, quando annos mundi ponunt, millenario omiſſo. Duas voces præcedentes abbreviatè plerunque ponunt, לפק.

Maximoperè. Heb. In fortitudine manus. Petitum ex illo: כִּי כֹה אָמַר יהוה אֵלַי כְּחֶזְקַת הַיָּד Nam ſic dixit Dominus ad me in fortitudine manus, Jeſa. 8. 11. quod tamen alium ſenſum ibi habet.

Robur. תּוּשִׁיָּה Variè ab Hebræis accipitur: vide Lexica in ישה. Abſque hac voce legitur ſimpliciter, וְעַתָּה תֶּחֱזַקְנָה יְדֵיכֶם וִהְיוּ לִבְנֵי חָיִל Nunc ergo roborentur manus veſtræ, & eſtote viri, 2. Sam. 2. v. 7.

Ac ſcribito lineas. Heb. Signato ſignum, lineam lineam. Prius petitum ex Ezechiele cap. 9. 4. וְהִתְוִיתָ תָּו Et ſignato ſignum, Inſignito ſigno frontes ipſorum. De קו vide Epiſtolam 18. Sic autem geminata hæc vox legitur Jeſa. 18. 2.

E ductibus dig. Periphraſis literarum & ratio-

nis ſcribendi, quæ variis ductibus, flexibus, angulis & circulis, quibus literę depinguntur, perficitur.

Conſolando. Recreando.

Læto nuncio. בשורה In bonum accipitur, quomodo Græcis εὐαγγέλιον.

Jucunditate. Statu rerum ſecundo, in quo jucunda & læta quæque ſunt.

Mihi. Heb. In oculis meis.

Qui invenit pacem. Tantâ lætitiâ afficiar, quantâ is qui in conſpectum regis admiſſus, gratiam & favorem apud ipſum illicò reperit. Sic ſponſa Salomonis locuta eſt: אז הייתי בעיניו כמוצאת שלום Tunc fui in oculis ejus quaſi quæ reperit pacem, Cant. 8. v. 10.

Carbunculum. נֹפֶךְ Sic accipiunt quidam Exo. 28. v. 18. ubi ſequentes duæ gemmarum ſpecies leguntur.

Faſciculi ſalutationũ. Vide epiſtolã 17. in fine.

Coram te. Dici poteſt ſimpliciter בְּנֶגְדְּךָ aut לְפָנֶיךָ Coram te, aut ut hîc, ſi perſona ſit excellentior ad quam ſcribitur, נגד יקר תפארתך Coram præſtantia Excellentiæ tuæ.

Valeat. Hebr. Pax, pax ſit. Poſſis etiam ex Jeſaia dicere: שלום שלום לרחוק ולקרוב Salus, ſalus ſit remoto & propinquo, cap. 57. 19.

Eſtote benedicti ſs. Valete feliciſſimè.

Inſcriptio.

Cujus effigies. Viro arcta neceſſitudine mihi conjunctiſſimo.

לבקש

ב

לְבַקֵּשׁ מֵחֲבֵירוֹ שֶׁיִּכְתּוֹב לוֹ בְּאוֹפֶן אַחֵר :

וְאַתָּה אָחִי הַשָּׁלֵם שָׁלוֹם רַב לְךָ
וּלְכָל־אֲשֶׁר אִתְּךָ · בִּהְיוֹתִי הַיּוֹם
עָמוּס בַּעֲסָקִים רַבִּים וְאֵינֶנִּי יָכוֹל לִכְתּוֹב לִכְבוֹדְךָ
כְּפַעַם בְּפַעַם נָא יִיטַב בְּעֵינֵי אַהֲבָתְךָ לְמַלְּאוֹת אֶת
שְׁאֵלָתִי לִכְתּוֹב אֵלַי תָּמִיד מִשָּׁלוֹם וּבְרִיאוּת כֻּלְּכֶם
לְמַעַן יָגֵל לִבִּי בְּאוֹתִיּוֹתֶיךָ כִּרְאוֹת פְּנֵי אֱלֹהִים · וְגַם
אָנֹכִי אֶתֵּן לְבָבִי לִכְתּוֹב דָּבָר מָה וַחֲדָשִׁים לַבְּקָרִים ·
וּבָזֶה תֵּדַע גַּם אַתָּה כִּי זְכַרְתִּיךָ עַל יְצוּעִי וּתְמוּנָתְךָ
לְנֶגֶד עֵינַי · לָכֵן אֱזוֹר מָתְנֶיךָ לְמַלְּאוֹת חֶפְצִי בְּדָבָר
הַזֶּה כִּי מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ · וְחָיִיתָ וְרָבִיתָ אַתָּה וְכָל
אֲשֶׁר לְךָ :

גַּב הַכְּתָב

שׁוֹמֵעַ וְעוֹנֶה · חָכָם בְּכָל אֲשֶׁר יִפְנֶה · הַמַּשְׂכִּיל וְחָשׁוּב

II

Petit ab amico, ut ſcribat quomodo valeat.

Tu frater integerrime, ſalve plurimum, & omnes tui. Cùm nunc ſim occupatus negotiis multis, ita ut non poßim ad te literas dare, ut aliâs, velis pro tua

amicitia hanc mihi praestare petitionem, ut tu subinde de tua tuorumq; prospera valetudine ad me perscribas. Nam exsultabit animus meus in literis tuis, ac si videret faciem Dei. Vicissim ego dabo operam ut scribam aliquid novi tempore opportuno. Sic cognosces me tui memoriam conservare etiam in strato meo, tuamq; effigiem mihi obversari. Quare accingito lumbos tuos, ut satisfacias meo hac in parte desiderio, quia gratum me tibi esse scio. Vive & vale, tu omnesq; tui.

Inscriptio.

Ei qui audit & respondet, qui sapiens est in omnibus ad quae respicit, prudentissimo & honorato.

NOTAE.

Salve plurimum. Heb. Pax vel salus multa tibi sit & omnibus qui tecum. Communis olim fuit salutandi forma in accessu, שלום לך Pax tibi, id est, Salve, Salvus sis, Jud. 6.23. & 19,20. Vel geminata voce, שלום שלום לך, Pax pax tibi sit, id est, Plurimum salve, ex 1. Paral. 12. v. 18. Ad plures, שלום לכם Pax vobis, Salvete. Chaldaicè שְׁלָם לָךְ Pax tibi. Syrè Christus dixit: שְׁלָם לְכֵין Pax vobis, Matth. 28.9. Judas ad Christum: שְׁלָם רַבִּי Salve Rabbi, Matth. 26.49. Posterior aetas dixit: שָׁלוֹם עָלֶיךָ Pax super te: Responsio, שלום עליך השלום Pax super te sit, pax. Sic etiamnum hodie vulgariter loquuntur. Dici etiam potest, שָׁלוֹם בֹּאֶךָ Prosper sit adventus tuus, ex 1. Sam. 16. v. 4. Vel, בָּרוּךְ הַבָּא בְּשֵׁם אֲדוֹנָי Benedictus sit qui venit in nomine Domini, ex Psal. 118.26. Discedentibus

dentibus dicitur, לֵךְ לְשָׁלוֹם Abi ad pacem, ut Jethro Mosi Exo.4.18, cui iter benè successit: non autem, לך בשלום Abi in pace, ut David Absalomo, 2.Sam.15.9, qui abiit & suspensus fuit. Notatum hoc à Talmudicis in fine Codicis Berachoth.

Occupatus. Heb. Oneratus, ut in illo, עֽוֹמְסִים על החמרים Onerantes super asinos, Nehem.13. vers.15.

Negotiis multis. עֵסֶק Negotium, Occupatio: הִתְעַסֵּק Occupatum esse, Laborare, Studere, Incumbere rei, studio, negotio alicui. עֽוֹסֵק בְּתוֹרָה Operam dat Legi sive Theologiæ: עָסוּק Occupatus.

Ad te. Hoc dicitur אֵלֶיךָ: si persona sit dignior, dicere solent לִכְבוֹדְךָ Dignitati tuæ, ut hîc.

Ut aliâs. Heb. Juxta vicem in vicem. Sic לא הלך כפעם בפעם Non ivit hac vice ut antea, Num.24.1. אֵצא כפַעַם בפעם Exibo hac vice ut antea, Jud.16.20.

Velis pro tua amicitia. Heb. Bonum sit in oculis amicitiæ tuæ, Locutio trita.

Præstare. Heb. Implere. Aliter hoc etiam efferri potest ex Verbis reginæ Esther, quæ ad regem dixit: אִם על המלך טוב לתת את שאלתי ולעשׂות את בקשׂתי Si Regi placet côcedere postulatum meum, & facere requisitum meum, Esth. 5. vers.7.

Prospera valet. De בריאות Vide epist.18.

Ac si videret fac. Conspectu tuarum literarum

tantopere gaudebit, acſi divinum quid viſendum contigiſſet. Sic Jacob ad Eſavum locutus: ראיתי פניך כראות פני אלהים Vidi faciem tuam ac ſi vidiſſem faciem Dei, Gen.33.10.

Dabo operam. Heb. Dabo, Diſponam vel Applicabo animum meum. Sic, נתתי את־לבבי לדרוש ולתור בחכמה Applicui animum meum ad diſquirendum & veſtigandum ſapienter, Eccleſ.1. v.13: תנו לבבכם ונפשכם לדרוש ליהוה Applicate animum mentemque veſtram ad quærendum Dominum, 1.Par.22.19. Vide & 2.Paral.11.16.

Aliquid. דבר מה Rem aliquam.

Novi. וחדשים Et nova, res vovas. Locutio ex Thren.3.23. etſi illic aliter ſumatur.

Tempore op. Ad matutina tēpora: Vide Epiſt.6.

Etiam in ſtrato meo. Me ne noctu quidem in lecto decumbentem, tui memoriam deponere. Ex Davide petitum, apud quem legitur: אם זכרתיך על יצועי באשמרות אהגה בך Quum recordor tui ſuper ſtrata mea, per vigilias cogito de te, Pſal.63. v 7.

Tuamq; effigiem. Vide Epiſt.16.

Accingito lumbos tuos. Compara, Expedito te. Sic apud Jeremiam: ואתה תאזור מתניך וקמת ודברת אליהם Tu itaque accinge lumbos tuos, ſurge & eloquitor ad eos, Jerem.1.17.

Quia gratum me. Heb. Quia inveni gratiam in oculis tuis.

Vive & vale. Heb. Vive & creſce ſive augeſce: ex Deuter.30. ver.16.

Inſcri-

Inſcriptio.

Viro humaniſſimo & prudentiſſimo.

ג

לעורר ידידו באהבה שיכתוב אליו :

זכרתי ימים מקדם אשר ישבנו בשובה ונחת כשבת אחים גם יחד בקשר אמיץ הולכים צמדים · ומים רבים לא יכבו את האהב ואתה כי ראיתי פניך נסוגים אחרונית לבלתי זכרני בזכר אהבתך · קמתי לפתוח לדודי לאמר · מה לך נרדם מדוע תחריש תתאפק ולא תזכיר נחלי אהבת קרומים אשר לא יכזבו מימיהם לתת פרים בעתו · הראיני אדוני דרכיך · האירה נא את פני עבדך · אתהלך באמתך · אתעלס במליצותיך : כי אשמח בהם בשמחת בקציר · ואהללה שמך לאחי ובכל מקום שירי מנערת בחנני אדוני ונסני · כי זאת נחמתי בחלדי :

גב הכתב

בכודי ומרים ראשי · צבי פאר נפשי המרומם

גמר

III

Excitat amicum, ut literas ſcribat.

RECORDOR dierum priſcorum, quibus cohabitabamus placidè & quietè, ſicut habitare ſolent fratres etiam unà, firma conjunctione pariter ambulantes, ita ut aquæ multæ non potuiſſent amorem iſtum exſtinguere. Te verò (quod attinet) cum videam faciem tuam receſſiſſe retrorſum, adeo ut non conſervaveris mei tuæq; erga me amicitiæ memoriam; ſurrexi ad aperiendum dilecto meo, dicens: Quid tibi (accidit) ô ſomnolente? ut quid ſiles? quid contines te, immemor fluminum familiaritatis priſtinæ, cujus aquæ non mentientur, daturæ fructum ſuum in tempore ſuo? Oſtende mihi, mi Domine, vias tuas: illumina quæſo faciem ſervi tui, ut incedam in veritate tua, & exſultem in erudita oratione tua. Etenim gaudebo in ea, ut quis gaudet in meſſe, tuumq; amicis meis nomen celebrabo. Tu verò in omni re, quæ in facultate mea fuerit, probato me, mi Domine, & explorato me: illud enim, tantiſper dum vivo, ſingulari erit ſolatio, &c.

Inſcriptio.

Ei qui eſt gloria mea & efferens caput meum, decus & ornamentum animi mei, excellenti N.

NOTAE.

Recordor. Ex Pſal.143.5. Uſurpari & illud hîc poſſit: חִשַּׁבְתִּי יָמִים מִקֶּדֶם שְׁנוֹת עוֹלָמִים Reputo mecum præterita tempora annoſque priſcos, Pſal.77.6.

Placidè.

Placidè. Heb. In requie & quiete, quæ locutio Adverbii uſum præbet. Sic Hebræi accipiunt hanc dictionem in illo, בְּשׁוּבָה וָנַחַת תִּוָּשֵׁעוּן In quiete & requie ſervabimini; Jeſa.30. v.15. item, שׁוּבָה Requies ſit, Num.10.ver.ult.

Fratres. Viximus inter nos ceu fratres conjunctiſſimi. Sic David: הנה מה טוב ומה נעים שבת אחים גם יחד Ecce quàm ſuave eſt & quàm jucundum habitare fratres ſimul, Pſal.133. v.1. id eſt, concorditer & amanter inter ſe vivere & converſari.

Firma conjunct. קֶשֶׁר Colligatio: metaphoricè Conjuratio, Conſpiratio, Liga, ut in illo, ויהי קשר אמיץ Fuitq; cõſpiratio acris, 2.Sa.15.12.

Pariter. Bini, Pares, ut par boum ſub uno jugo ire ſolet. Nam צֶמֶד Par, Jugum Jumentum conjugatum: צֶמֶד בָּקָר Par boum, 1.Sam.11. v.7. צֶמֶד פָּרָשִׁים Par equitum, Jeſa.21. v.9. Phraſis petita ex illo: זכור אני ואתה את רכבים צמדים Memento me & te equitantes binos, 2.Reg.9.25.

Aquæ multæ. Tam vehemens & flagrans inter nos fuit amor, ut impoſſibile videretur eũ poſſe interire. Sic. מים רבים לא יוכלו לכבות את־האהבה ונהרות לא ישטפוה Aquæ multæ non poſſent exſtinguere amorem hunc, non fluvii eum obruere, Cant.8.7.

Te verò quod. Hebr. Et tu. Elliptica locutio eſt, de qua vide Syntaxin noſtram cap.10.

Faciem tuam. Te averſum eſſe à me. Po אֲחֹרַנִּית aliâs in Scriptura eſt אחרנית: ut, וילכו אחרנית Et ive

runt retrorsum: ופניהם אחרנית Et facies ipsorum erant retrorsum, id est, aversæ, Gen. 9. 23. Hic etiam usurpari potest, לא נסוג אחור לבנו ותט אשרנו מני ארחך Non actus est retrorsum animus noster, neque deflexit gressus noster à semita tua, Psal. 44. v. 19.

Adeo ut non. Hebr. Ad non recordandum mei memoriâ amicitiæ tuæ.

Surrexi. Institui his literis obstructos aditus recludere, & januam amicitiæ renovandæ aperire, ex Cant. 5. 5.

Quid tibi. Verba sunt naucleri ad Jonam, oborta tempestate in navi dormientem, Jon. 1. vers. 6.

Ut quid siles. Sic, החשיתי מעלם אחריש אתאפק. Silui jam olim, tacitus fui, continui me, Jesa. 42. vers. 14.

Familiaritatis prist. Hebr. Amicitiæ antiquitatum. Sic Torrens Kison appellatur נחל קדומים Fluvius antiquitatum, id est, antiquissimus.

Non mentientur. Non sunt fallaces, non subsidunt, non exsiccantur, non secus ac rivuli perennes sunt & constanter fluunt, si fontium scatebræ sint vivæ. Comparatio petita ex Jesaia, apud quem legitur: והיית כגן רוה וכמוצא מים אשר לא יכזבו מימיו Erisque tanquam hortus irriguus, & velut aquarum scatebra, cujus non sunt fallaces rivuli, cap. 58. 11.

Datura fructum. Cohærent hæc verba cum præcedenti comparatione ab aquis fluviorum sive

ſive ſcatebrarum, quæ rarò infructuoſæ; immò nullibi ferè major fertilitas, quàm in aquis. Locutio tamen hæc in Scriptura de arboribus propriè effertur, ut in illo: והיה כעץ שתול על פלגי מים אשר פריו יתן בעתו ועלהו לא יבול. Erisq; tanquã arbor plantata ad rivos aquarum, quæ fructum ſuum edit tempore ſuo, & cujus folium non decidit, Pſal.1.3. Senſus: Non patieris amicitiam exareſcere aut emarceſcere, ſed efficies ut vigeat, & fructus ejus conſtantes ſint.

Oſtende mihi. Significa quid agas. *Via* pro vitæ inſtituto & actionibus, locutio trita eſt.

Illumina. Exhilara me tuis literis. Nam *Lux* lætitiæ ſymbolum eſt, & *tenebræ* calamitatum.

Incedam in ver. Fac ut te fidum & veracem in amicitia comperiam, non fictum aut fucatum. Sic David: והתהלכתי באמתך Et indeſinenter incedam in veritate tua, Pſal.26.3.

In artificioſa orat. In doctis tuis literis. De מליצה vide epiſtolam 5.

In ea. Heb. בהם In eis. Pronomen plurale maſculinum reſpondet antecedenti ſubſtantivo plurali fæminino, quia refertur ad ſenſum. Nam per מליצות intelligũtur דברים Verba, אמרים Sermones, & his Pronomen in genere Grammatico convenit. Id non rarò fieri, Syntaxis noſtra edocet.

Ut quis gaudet. Heb. Secundùm lætitiam in meſſe, hoc eſt, maximoperè gaudebo, ut tempore copioſæ meſſis homines gaudere ſolent. Sic

IV

Laudat amicum, quòd doctas literas scripserit.

Vinculis amoris tui devinxisti me, amice exoptatissime, lorisq; dilectionis & candoris tui animum tuum cum meo colligasti. Cumulasti me gaudio & lætitiâ magnâ, quando vidi literas tuas instar Sapphiri politas. O quanto in pretio apud me fuerunt verba tua, verba purissima, omnimodâ sapientiâ pretiosâ refertissima, mista oleo suavissimo & dulcissimo, ac favorum dulciora nectare. Profectò, amice honorande, places mihi admodum, posteaquam te video integrum & alacrem, persequentem erudita studia, quod tuum opus quasi sapphirinum est, fulgensq; sicut lux ætherea. Hæc sunt quæ pro summa festinatione & occupationib. meis gravissimis, ad te nunc exarare volui. Elevo autem manus meas ad te è longinquo, & benedico omnibus qui tibi benè cupiunt, ac tuæ animulæ jucundissimæ operibusq; honestissimis benè precans, dico: Terq; quaterq; sis benedictus: benedictus sit qui hunc genuit, benedicta quæ hunc educavit: omnes vos estote benedictissimi.

Inscriptio.

Viro quem sempiterno amore diligo, quem septies quotidie laudo, ornatissimo, &c.

NOTÆ.

Vinculis amoris tui. Insigni tuâ benevolentiâ amicis-

amicissimis literis expressâ. Sic *Loris dilectionis*, quod sequitur. Utraque locutio ad prophetæ imitationem facta, in quo legitur: בחבלי אדם אמשכם בעבתות אהבה Funiculis humanis attraho eos, crassis funibus amatorijs, &c. Hose.11.4. hoc est, benignè, clementer, benevolè, eos mihi devincio, non duriter traho ut bestias rebelles.

Candoris. שְׁלֵמוּת Perfectio, Integritas, Sinceritas, Candor, à שָׁלֵם

Animum tuum. Mihi te, me tibi firmiter obstrinxisti. Sic, ונפשו קשורה בנפשו Animus illius devinctus fuit cum animo hujus, Gen.44.30.

Lætitiâ magnâ. Heb. Cantu: ubi cantus ibi exuberans lætitia. Est autem רַנֵּן Infinitivus loco Nominis, ut in illo: תגל אף וגילת ורנן Exsultabit etiam exsultatione & cantare, id est, cantu, Jesa.35.2.

Instar sapphiri. Vide epistolam sequentem.

Quanto in pretio. Sic, ולי מה יקרו רעיך אל Apud me ô quam pretiosæ sunt cogitationes tuæ, ô Deus, Psal.139.17.

Verba tua. Literæ tuæ.

Verba purissima. Literæ nitidissimæ: vide Psal.12.7.

Omnimodâ sap. Hebr. Complectentes sapientias pretiosas.

Mista oleo. Plenissima suavitatis; metaphora à placentis, quæ olio misceri solebant, Lev.2.4. עַרְבוּת Suavitas, Nomen Rabbinicum ab עָרֵב Suavis.

Favorum dulc. Locutio trita de literis gratissimis & acceptissimis, ex Psal. 19. 11.

Places mihi. Heb. Jucundus, amœnus mihi es, ex 2. Sam. 1. 26.

Alacrem. Hebr. Amœnum, suavem, Jucundū.

Erudita studia מושכלות Nomen participiale ex Hophal ab הִשְׂכִּיל Intelligere, Intelligentiam habere vel consequi, & activè, Erudire: passivè in Hophal הושכל Erudiri, & inde מושכלות Studia, sic dicta quòd hominem erudiant & intelligentia majori imbuant.

Quasi sapphirinum. Politissimum, accuratissimum: vide Exo. 24. 10.

Fulgensq. Splendidissimum, ex Job. 37. 21.

Hæc sunt. Hebr. Hoc tantummodo nunc exaravi.

Pro summa fest. Heb. Pro magnitudine festinare mei, ut in illo: אָמַרְתִּי בְחָפְזִי Dixi in festinando me, id est, festinatione mea, Psal 31. 23.

Gravissimis. Heb. Quæ mihi oneri sunt, id est, graves, molestæ sive laboriosæ, ut Deus apud Jesaiam loquitur de festis Judæorum היו עלי לטרח Fuerunt mihi oneri, Jesa. 1. 14.

Elevo autem manus. Toto pectore tibi & tuis benè precor & valedico. Manuum extensio in precibus, cordis inclinati & extensi, id est, avidè anhelantis, est symbolum. Extendimus enim sive elevamus manus ad id, quod avidè arripere & prehendere cupimus. Sic David dixit: ואשא כפי אל מצותיך אשר אהבתי Attollo manus meas ad

præ-

præcepta tua quę diligo, Psal. 119. 48. id est, Præcepta tua mihi dilecta, avidè amplecti cupio.

Cum decem hisce verbis. Heb. Cum decade verborum, ex Exo. 34. 28. Sic loquuntur Rabbini, pro eo quod Latini dicunt *Tribus verbis*, id est, paucis.

Verbis pacis & ver. Quibus firmam ac solidam pacem, id est, prosperitatem summam tibi precor. Locutio petita ex Esth. 9. 30.

Et salutationum. פְּקֻדּוֹת *Visitationes*, propriè: inde *Salutationes*, quod in visitationibus omnium primò homines officiosè salutemus.

Sine sufficientia. עד בלי די Ad non sufficientiam. Sic, וַהֲרִיקֹתִי לָכֶם בְּרָכָה עַד בְּלִי דָי Et eva-

cuabo vobis benedictionem ad non sufficientiam, Malach. 3. 10, id est, infinitam, immensam, quæ neque finem neque modum habet, de qua nunquam dicitur, Sufficit. Ex hoc loco prophetæ, Rabbini initio literarũ salutationis loco loquuntur: יפתח האל את ארובות השמים ויריק ברכה עד בלי די לך ולכל אשר אתך Aperiat Deus fenestras cæli, & effundat benedictionem immensam tibi & omnibus qui tecum sunt. Usus est ea Johannes Isaaci in quadam epistola.

Animo & corp. Hebr. Corde & carne mea, synecdoche. Sic לבי ובשרי ירננו Cor meum & caro mea exsultabunt, Psal. 84. 3.

Ut aperti sint oc. tui. Ut sedulò provideas, cures diligenter, ut vigil sis ad me instruendum de rerum tuarum statu.

Revelatione. בהערה Nomen constructum cum Præpositione ב, à Radice עָרָה Nudari: הערדה Nudatio, Revelatio. Hinc in R. Levi commẽtariis ad Proverbia Salomonis usurpatur pro *Nuthesia*, *Aphorismo*, *Doctrina*, Thesi nudè simpliciter & breviter rem proponente.

Hæc est pars mea. Hoc unum est, quod summum & quasi residuũ in mea vita est, ut de prospero tuo statu subinde mihi constet: vide Eccles. 2. ver. 10.

Tunc. ובזה Et in isto.

Occupationum עֵסֶק Occupatio, Negotiũ, Studium, ab עָסַק Operari, Occupatum esse, Studere.

Verbis tuis. במלין Sermonibus, Literis tuis.

Forma

Forma eſt Chaldaica in ין loco ים. quæ in hoc Nomine frequens, à ſingulari מִלָּה Dictio, à מַלֵּל Loqui.

Belliſsimè valere. Heb. Quod pax multa eſt omnibus nobis.

Non eſſe rupturam. Nullus eſt, qui adverſi aliquid patitur: omnes vegeti ſumus & firmi.

Rectæ valetudinis. בריאות Sanitas, Valetudo bona, optima corporis conſtitutio: בָּרִיא Sanus, Incolumis apud Rabbinos, ut in illo: אֵין הַבָּרִיא מַאֲמִין בְּצַעַר הַחוֹלֶה *Nullus ſanus credit dolori morbi,* Der geſunder mag dem krancken nicht glauben. Deducta ſignificatio ab Hebræo בָּרִיא, quod *Pinguem* ſignificat, quod hi plerunque ſe benè habere ac optimè valere credantur aut videantur.

Lineam. קו Linea, Perpendiculũ, Regula, Funiculus dimenſorius propriè, ut in illo: חרש עץ נטה קו Faber lignarius extendit regulam, Jeſa. 44.13. à Radice קוה Porrò locutio hæc petita eſt ex Davide, qui de integritate ac felicitate ſtatus domeſtici ſic loquitur. אלופינו מסובלים אין פרץ ואין יוצאת Boves noſtri ſint graves (id eſt, corpulenti, prępingues,) nulla ſit irruptio, non ſit eruptio, nullus audiatur clamor in plateis noſtris, Pſal. 144.14, hoc eſt, pecora noſtra bene ſe habeant, domeſtica omnia ſint integra & ſarta tecta, foris ſit tranquillitas.

Pariter nuncietur. Det Deus ut ſimilia de vobis cognoſcam, & vobis ſalvis, mihi quoq; benè ſit, gaudeamq; in veſtra proſperitate.

Inſcriptio.

Qui ſapienter ædificat. Prudentiſſimo patrifamilias,&c.

Cujus intelligentia. Ex Jeſa.40.28.

יט

הַמּוֹדִיעַ לַחֲבֵרוֹ שֶׁנִּתְחַדְּשָׁה יְשִׁיבָה וְשֶׁרוֹצֶה לִלְמוֹד עִמּוֹ׃

הִנֵּה הֲלֹא יָדַעְתָּ אִם לֹא שָׁמַעְתָּ עַל אַחַת הַטּוֹבָה אֲשֶׁר הִשְׁפִּיעַ יי לָנוּ בָּרוּךְ הוּא׃ כִּי נִתְחַדְּשָׁה יְשִׁיבָה נֶחְמֶדֶת בְּעִיר הַמְּהוּלָּלָה מַרְפּוּרְג׳ וְנִתְחַבְּרוּ שָׁם בַּעֲלֵי אֲסֻפּוֹת וְשֶׁבֶת תַּחְכְּמוֹנִים אֲשֶׁר מֵעוֹלָם אַנְשֵׁי שֵׁם וְשִׁמְעָתָם הוֹלֵךְ בְּכָל־הָאֲרָצוֹת כִּי אַנְשֵׁי מוֹפֵת הֵמָּה גַּם נָהֲרוּ שָׁם בַּחוּרִים נֶחֱמָדִים וּנְעִימִים עָצְמוּ מִסְפָּר׃ וְהִנֵּה הֵעִיר ה׳ אֶת רוּחִי בְּקִרְבִּי לֵאמֹר אָקוּמָה נָּא וְאֵלְכָה אַחַר הָרוֹעִים הָאֵלֶּה וַאֲלַקֳּטָה בַשִּׁבֳּלִים אַחַר הַקּוֹצְרִים וְלֶאֱגוֹר בַּאֲשֶׁר אֶמְצָא׳ כְּדֵי לִהְיוֹת זָנָב לַאֲרָיוֹת וּלְהִתְחַמֵּם מִגַּחֲלֵי שֶׁל תּוֹרָה וּמִגְּדוֹלֶיהָ וְלִשְׁתּוֹת מֵי בְּאֵר מַיִם חַיִּים אֲשֶׁר לֹא יְכַזְּבוּ מֵימָיו׃ וְעַתָּה אָמַרְתִּי אֲגַלֶּה אָזְנְךָ לָדַעַת אִם רְצוֹנְךָ לֵילֵךְ עִמִּי כִּי חָשְׁקָה

נפשו

נַפְשִׁי בְךָ וְאַהֲבַת עוֹלָם אֲהַבְתִּיךָ וְיָקַר נַפְשְׁךָ בְּעֵינַי
וְאִי אֶפְשָׁר שֶׁאֶהְיֶה זוּלָתָךְ׃ לָכֵן הוֹדִיעֵנִי אִם תֵּלֵךְ
עִמִּי וְהִנֵּה כִּיס אֶחָד יִהְיֶה לְכֻלָּנוּ וְיִהְיֶה סוּסְךָ כְּסוּסִי
וְכָל סְפֵיקְךָ עָלַי׃ אַךְ תָּמִיד תִּהְיֶה בְּרִית כְּרוּתָה
בֵּינִי וּבֵינֶיךָ וְאִתָּנוּ אַל יִתְעָרֵב זָר׃ חֲזַק וְנִתְחַזֵּק
עֲמוֹד בְּצִדִּי וְהָיִיתָ קָרוֹב אֵלַי וְאִישׁ אֶת אָחִיו יַעֲזוֹרוּ׃
כִּי טוֹב שְׁנַיִם מִן הָאֶחָד לָכֵן הָכֵן לְדֶרֶךְ בְּעָמֶיךָ
וְצֵא בְּגִינִי׃

גַּב הַכְּתָב

לַבָּחוּר אֲשֶׁר לִקְרָאָיו יַעֲנֶה׃ וְחָכָם בְּכָל אֲשֶׁר יִפְנֶה׃
הַמַּשְׂכִּיל׃

XIX

Invitat quis alium ſtudioſiſſimè ad communia literarum ſtudia in nova inſtituta Academia.

Nunquid cognoviſti aut non audiviſti de ſummo illo bono, quod effudit nobis DOMINUS, *qui ſit benedictus? Renovata enim eſt Academia deſideratiſſima in urbe laudatiſſima* MARPURG, *quo conſociarũt ſe Doctores & Profeſſores ſapientiſſimi, qui jam olim fuerunt viri celeberrimi, quorum fama pervaſit omnes terras: nam viri portentoſi ſunt. Etiam confluxerunt*

eo studiosi lectissimi & suavissimi innumerabiles. Et ecce excitavit Deus spiritum meum intra me, ut dixerim: Surgam nunc & ibo post Pastores istos: colligam spicas post messores illos, & congeram quicquid invenero, ut sim cauda leonum ac calefaciam me ad prunas legis divinæ & magnatum ejus, bibamq; aquas de fonte aquæ vivæ, cujus aquæ minimè fallaces sunt. Præterea dixi: Revelabo aurem tuam, cogniturus an velis ire mecum. Erga te enim propendet anima mea, quippe quem amore perpetuò semper prosecutus sum. & cujus anima pretiosa est in oculis meis, & impossibile est, ut sim absq; te. Ideo significabis mihi, an abiturus sis mecum. Certè crumena una erit ambobus, eritq; equus tuus ut equus meus, tuaq; omnis necessitas erit super me. Tantummodo perpetuum sit fœdus scissum inter me & te. neq; peregrinus ullus se nobiscum commisceat. Confirma te, robustus esto: adjunge te lateri meo, sisq; mihi proximus: alter alterũ juvato. Duo enim meliores sunt uno. Dirige ergo in viam pedes tuos, & egredere propter me, &c.

Inscriptio.

Juveni humanissimo & doctissimo, N.

NOTAE.

Effudit. הִשְׁפִּיעַ Effundere, Profundere, Abundè & largiter conferre: Verbum Chaldæis & Rabbinis familiare. Unde שֶׁפַע Affluentia, Abundantia, Deut. 33.19. Et apud Rabbinos Influentia, qualis Astris in hæc inferiora tribuitur.

Renovata. נִתְחַדְּשָׁה pro הִתְחַדְּשָׁה. Sic enim frequen-

quenter Rabbini formam Niphal & Hithpahel in unam confundunt. Simile in Hebræo נִשְׁתְּוָה, Prov.27. v.15. vide Thesaurum Grammaticum nostrum lib.1. cap. 16. ad Præteriti primam vocem.

Academia. יְשִׁיבָה Propriè est *Consessus*, à יָשַׁב, Academia ergo sic dicitur, quasi docentium & discentium Consessus. רֹאשׁ יְשִׁיבָה Caput academiæ, Rector.

In urbe laud. Quando Judæi ad se invicē scribunt, tunc abbreviatè loqui solent בק״ק, id est, בִּקְהִלָּה קְדוֹשָׁה In synagoga sancta. Urbes Christianorum sunt, aut Turcarum, si ibi habitent; Synagoga autem vel Schola Judæorum propria. Hinc eam potius ponunt, quàm urbem, modò locus synagogam habeat.

Doctores. Heb. Domini vel Authores collectionum ex Eccles.12. 11. Sic Judæi Rabbinos & Doctores primarios vocant, tum quòd ipsi doctrinam variam colligunt, tum quòd discendi causâ ad ipsos multi colliguntur.

Profess. sapient. Heb. Cathedra sapientissimorum, ex 2. Sam.23.8. תַּחְכְּמֹנִי Sapientissimus, sapientiam docens, Sapientem efficiens, à חָכַם Sapere: יוֹשֵׁב בַּשֶּׁבֶת תַּחְכְּמֹנִי Sedens in cathedra Doctoris: Chaldæus, יָתִיב עַל כּוּרְסֵי דִינָא Sedens in solio judicii. Sic Hebræi verba ista in libro Samuelis accipiunt.

Jam olim. Heb. A seculo.

Celeberrimi. Hebr. Viri nominis, qui cele-

bre nomen consecuti sunt, ex Gen.6.ver.4.

Quorum fama. Similis locutio, שמעו הולך בכל המדינות Fama ejus pervadit omnes regiones, Esth 9.v.4.

Viri portentosi. Qui ostento & portento sunt omnibus propter stupendam & admirandam suam doctrinam: ex Zach.3.8.

Studiosi. בַּחוּרִים Propriè *Electi*: Inde, *Juvenes*, quòd ad expedienda quælibet sint selecti. Judæi autem synecdochicè sic vocant Juvenes bonis literis operam dantes, quos nos *Studiosos* dicimus.

Post pastores. Post professores istos, qui doctrina salutari animos studiosorū pascunt. אַבִּיר הָרֹעִים Amplissimus pastorum, Doctor primarius, ex 1.Sam.21 7.

Colligam spicas. Variam doctrinam, quam docendo post se relinquunt, veluti messores spicas.

Post messores istos. Professores, qui aspera & salebrosa quæque in literarum studiis falce sapientiæ demetunt. Loquendi genus ex Ruth. 2. ver.2.3.

Et congeram. Heb. Et ad colligendum.

Ut sim. Heb. Ad vel Propter esse. כְּדֵי Rabbinis idem quod Hebraicè לְמַעַן.

Cauda leonum. Postremus inter sapientes aut sapientiæ cælestis studiosos. Inter apophtegmata veterū Sapientum legitur: הֱוֵי זָנָב לָאֲרָיוֹת וְאַל תְּהִי רֹאשׁ לְשׁוּעָלִים *Esto cauda leonum, & ne sis caput vulpium*: Pirke cap.4. Præstat postremum

habere

habere locum inter ſapientes, quàm primum inter perverſos aut indoctos, qui ſapientiam ſua temeritate pervertunt, aut per contemptum vel ignaviam negligunt.

Calefaciam me. Ardenter iſtorum ductu ſtudium verbi divini perſequar. Rabbi Elieſaris dictum eſt: הֱוֵי מִתְחַמֵּם כְּנֶגֶד אוּרָן שֶׁל חֲכָמִים *Eſto calefaciens te ante ignem ſapientum*, Pirke abhoth cap.2, hoc eſt, Sapientibus adhæreſce, & ex illorum inſtitutione & doctrina efficaci ut doctior evadas, ſtude.

Ad prunas. Ardentem verbi divini doctrinam.

Magnatum ejus. Qui Legi docendæ præpoſiti ſunt.

Bibamq́ aquas. Hauriam doctrinam.

Aquæ vivæ. Legis divinæ, verbi Dei.

Non ſunt fallaces. Non deficientes vel exareſcentes, ex Jeſa.58.11, ſed conſtantes, perennes, fidæ, ut alibi idē propheta loquitur, מֵימָיו נֶאֱמָנִים Aquæ ejus fidæ ſunt, Jeſa.33.v.16. Fructus ſtudii verbi Dei nunquam inanis, ſed perennis & conſtans eſt.

Revelabò aurem. Viſum fuit mihi te monere, ac rogare an velis ire mecum. Locutio frequens, ut Ruth 4.4.

Propendet animamea. Intimè te amo. Sic, שכם בני חשקה נפשו בבתכם Sichemi filii mei anima propendet in filiam veſtram, Gen.34.v.8. De ſtructura verbi חָשַׁק vide Syntaxim noſtram cap.12. Reg.2.

Amore perpetuo. Conſtanter te ſemper ab ineunte ætate amavi, ex Jere.31.3.

Anima pretioſa. Cum magni te faciam: Sic, מֵאֲשֶׁר יָקַרְתָּ בְעֵינַי Ex quo pretioſus viſus es in oculis meis, Jeſa.43.4.

Impoßibile eſt. Heb. Non eſt poſſibile, אִי pro אֵין more Talmudico. אִין Kimchi exponit per אֵין ſed interrogativè *Nonne*, 1.Sam.21.8. Sic dicitur בֵּן & בִּן Filius, חֵן & חִן Gratia, נֵר & נִיר, רֵישׁ & רִישׁ. Hinc illud nomē proprium אִי־כָבוֹד Icabhod, Inglorius, Non gloria, 1.Sam.4. v.21: אִי נָקִי Non innocens, Job.22. v.30. Sic dicunt Rabbini אִי אֶפְשַׁר Non poſſibilitas, Non eſt poſſibile, Impoſſibile eſt. Qui אֵי hoc ſenſu legunt, eos Elias in Tisbi errare ſcribit. Scribitur communiter inſerto Joth איפשר.

Crumena una. Ex mea crumena tu quoque vives, communis crumena erit tibi mecum: ex Pro.1.14, ubi de pluribus eſt ſermo. Hîc quia de duobus loquitur, potiùs dicendum fuerat לִשְׁנֵינוּ *Ambobus nobis.*

Sicut equus tuus. Pari modo iter faciemus. Si equites fuerimus, eadem tui equi erit cura, quæ mei: ex 1.Reg.22.4.

Tuaq; neceßitas. Quæcunque ad iter neceſſaria tibi erunt, ego curabo. סְפֵק Sufficiens, Sufficientia propriè. Eſt etiam *Dubium:* unde *Omne dubium tuum*, id eſt, de quocunque dubitare poſſis tanquam tibi in itinere defuturum.

Super me. Id ego curabo, ejus cura ſuper me recumbet.

Neq;

Neq; peregrinus. Nullum peregrinum in nostram amicitiam admittemus: ex Prov.14.10.

Confirma te. Sic, חזק ונתחזקה בְּעַד עַמֵּנוּ Firmus esto, immò cõfirmemus nos pro populo nostro, 1.Par.19.13.

Meliores duo. Ex Eccles.4.9.

Dirige in viam. Accinge te itineri. Sic, וְיָשֵׂם לדרך פעמיו Et disponet in viam pedes suos, Psal.85.14.

Propter me. Meâ causâ, בְּגִין Chaldaicum idem quod לְמַעַן, בַּעֲבוּר. Dicunt etiam Rabbini בִּשְׁבִיל.

Inscriptio.

Juveni humanissimo. Hebr. Juveni qui omnibus acclamantibus responsum dat, & sapiens est in omni re ad quam respicit, intelligenti, &c.

כ

הַמּוֹדִיעַ לַחֲבֵרוֹ שֶׁיָּבוֹא אֵלָיו וְיִהְיֶה לוֹ לְחָבֵר טוֹב בְּלִמּוּד׃

מַה אֲנִי וּמַה חַיַּי נִמְאָס נֶחְדַּל אִישִׁים כִּי זְכַרְתַּנִי יְשׁוּעָה וְרַחֲמִים וְלִפְנוֹת אֶל הַכֶּלֶב הַמֵּת הַזֶּה לִמְשׁוֹךְ עָלַי חוּט שֶׁל חֶסֶד וְאַהֲבָה וְהִנֵּה אָבֹא אֵלֶיךָ לְיוֹם פְּלוֹנִי וְלֹא אָשִׁיב אֶת־פָּנֶיךָ כִּי זָכַרְתִּי לְךָ חֶסֶד נְעוּרֶיךָ אַהֲבַת כְּלוּלוֹתֶיךָ אֲשֶׁר נִשְׁרַשְׁנוּ

יַחַד· וְאַתָּה אִילָן עֵץ הַדַּעַת הַנָּטוּעַ בְּמָקוֹם טָהוֹר· וְעַל כֵּן טוֹב לִי תוֹרַת פִּיךָ מֵאַלְפֵי זָהָב וָכָסֶף׃ וְאַף עַל פִּי שֶׁתִּקְשֶׁה עָלַי הַדָּבָר מְאֹד כִּי נִתְקַשַּׁרְתִּי עִם פְּלוֹנִי שֶׁלֹּא לָזוּעַ מִמֶּנּוּ וּלְהִסְתּוֹפֵף בְּצִלּוֹ אֲבָל אֵין לְהַחֲלִיף חָבֵר קַדְמוֹת מִכָּל־מָקוֹם הָאַהֲבָה מַכְרַעַת הַכַּף וּמְקַלְקֶלֶת הַשּׁוּרָה· לָכֵן אֶעֱשֶׂה כְּפִי עֲנִיַּת דַּעְתִּי לְסַלֵּק אוֹתוֹ מִמֶּנִּי כִּי לֹא הוֹדַעְתִּיהוּ גְּמַר דַּעְתִּי וְנָקֵל אוּכַל לְרַחוֹתוֹ מֵעָלַי וְאֵלְכָה אַחֲרֶיךָ בְּאֶרֶץ לֹא זְרוּעָה וְאֶעֱזוֹב אוֹתוֹ· וְגַם יְדִיעַ לֶהֱוֵי לִכְבוֹדְךָ כִּי אָדָם בְּלֹא חָבֵר נֶאֱמָן כִּשְׂמֹאל בְּלֹא יָמִין וְאֵין לְהַאֲרִיךְ׃

גַּב הַכְּתָב

לַחֲבֵרִי מֵבִין נִיבִי· הֲלוֹא אַהֲבָתוֹ בְּלִבִּי· יְדִידִי חֲבִיבִי·

XX

Respondet modestè, se venturum & futurum fidum studiorum socium.

Quid ego & quæ vita mea, (qui) contemtissimus & abjectissimus hominum sum, ut recordatus mei sis salutariter & benignè, respiciendo ad canem hunc mortuum, & extendendo erga me filum benignitatis & amoris? Quare ecce veniam ad te die N.

neq;

neq; avertam faciem tuam. Recordor enim benignitatis adolescentiæ tuæ, ac amoris perfectissimi, quo radicati sumus invicem. Tu ut arbor es, arbor, inquam, scientiæ, plantata in loco mundo, ac propterea mihi melior est doctrina oris tui, quam mille aurei vel argentei. Quanquam verò gravem mihi rem imponas, propterea quòd devinxerim mecum N. me nō recessurum ab ipso, sed commoraturum in umbra ejus: tamen (judico) non esse mutandum amicum pristinum. Amor enim lancem deprimit, & ordinem pervertit. Dabo itaq; operam pro tenuitate judicii mei, ut illum à me avertā, & cùm non significaverim ipsi absolutam sententiam meam, facilime ipsum à me depellere potero. Ibo itaq; tecum in terram etiam incultam, ipsumq; deseram. Quinimò notum est tibi, quod Homo sine socio fideli, est sicut dextera absq; sinistra. Sed prolixior esse non possum.

Inscriptio,

Amico meo carissimo, N.

NOTAE.

Quid ego? Verba sunt sese humiliantis. Sic, מי אנכי ומה חיי Quis sum ego, & quæ vita mea? 1.Sam.18.18.

Abjectissimus hominum. Hebr. Desitus virorum vel hominum, q.d. minus quàm homo. Sic, נבזה וחדל אישים Contemptus & abjectissimus virorum, Jesa.53.3. Vide & Psal.119.v.141.

Salutariter. Hebr. (In) salute & miserationibus. Ellipsis Præpositionis ב, pro בישועה.

Respiciendo. Curam habendo.

Ad canem hunc mortuum. Ad me vilissimum. Sic David coram Saule se vocavit כלבמת Canem mortuum, & פרעוש Pulicem, id est, infirmissimum & debilissimum homuncionem. Et Mephiboschet ad Davidem dixit: מה עבדך כי פנית אל הכלב המת אשר כמוני Quid est servus tuus, ut respexeris ad canem mortuum, qualis sum ego? 2. Sam. 9. 8.

Filum benignitatis. Phrasis Rabbinis tritissima, pro Exercere benignitatem cum aliquo.

Neq; avertam fac. Non dimittam te cum repulsa: ex 1. Reg. 2. v. 16. 17.

Benignitatis adol. Quam ab ineunte adolescentia tua erga me exercuisti.

Et amoris perfect. Hebr. Amoris complexionum tuarum, id est, completissimi, qui undequaque perfectus & integer est. Locutio ex Jere. 2. 2. petita, ubi tamen aliter sumitur.

Ut arbor. אִילָן Chaldaicum est, Dan. 4. 7.

Arbor scientiæ. De cujus fructu qui comedit, scientiam multiplicem consequitur.

In loco mundo. Ubi fructum potest ferre. Locus enim fætidus & putridus, arborem fructiferam & odoriferam corrumpit & perdit.

Melior doctrina oris tui. Ex Psal. 119. v. 72.

Rem duram imponas. Heb. Indures mihi hanc rem valde.

Me devinxerim נתקשרתי Devinctus, Colligatus, Obligatus sim. Forma ex Niphal & Hithpahel,

pahel, ut aliâs sæpiùs in hoc libro. Thema eſt קָשַׁר.

Commoraturū in umbra ejus. Commiſi me præſidio ejus: promiſi me in ipſius ſodalitio fido permanſurum. הִסְתּוֹפֵף Se ad limen ponere, In limine commorari, à סַף Limen. Sic, בחרתי הסתופף Elegi in limine manere, Pſal. 84. ver. 11. *Umbra* protectionem notat, quomodo dicitur, Pernoctare in umbra alicujus, Pſal. 91. 1: Recipere ſe in umbram alicujus, Pſal. 36. 8.

Amicum priſtinum. Heb. Amicum prioritatis. קַדְמוּת Prioritas, Antiquitas.

Amor lancem deprimit. Sententia proverbialis eſt, ut apud Latinos, *Amor vincit omnia.* כַּף Manus; Lanx libræ. הִכְרִיעַ Incurvare, Deprimere, Præponderare.

Ordinem pervertit. Alibi expoſitum eſt: vide epiſt. 43.

Pro tenuitate. Hebr. Pro paupertate. Aliâs dicunt, כְּפִי מִיעוּט שִׂכְלִי quod propriè eſt Tenuitas, Parvitas intellectûs.

Avertam. Heb. Ad facere aſcendendum. סְלֵק Chaldaicè *Aſcendere*, Dan. 7. 3: in Pahel Amovere, Auferre, Transferre, Tollere.

Abſolutam ſent. Hebr. Abſolutionem ſententiæ meæ.

Facilimè. נָקֵל & præpoſita Præpoſitione כנקל Facilimè, q. d. cum facilitate. Frequens apud Rabbinos locutio. Thema eſt קלל Leve eſſe.

Terram incultam. Heb. Non ſatam, ex Jere. 2. 2,

q. d. aſpera quævis tecum experiri malo, quàm cum altero in deliciis eſſe.

Notum eſt tibi. Chaldaiſmus, ut Dan. 3. ver. 17. Eſræ 4. 12. Pro *Tibi* verbum honoris eſt לכבודך Honori tuo, Gloriæ tuæ. Sic ipſi loquuntur, ut nos Excellentiæ, Dignitati tuæ.

Inſcriptio.

Amico meo car. Heb. Socio meo intelligenti eloquium meum, cujus amor eſt in corde meo, dilecto meo, &c.

כא

הַשּׁוֹלֵחַ בְּנוֹ לְתַלְמִיד חָכָם וּלְשַׁחֵר פָּנָיו שֶׁיִּהְיֶה מוּפְקָד אֶצְלוֹ׃

אַחֲלַי יִכּוֹנוּ דְרָכַי לְפָנֶיךָ אַתָּה אֲדוֹנִי אִישׁ הָאֱלֹהִים שֶׁתָּשִׂים עֵינֵי הַשְׁגָּחָתְךָ הַטְּהוֹרָה עַל הַנַּעַר הַלָּז הַבָּא לַחֲסוֹת תַּחַת כְּנָפֶיךָ לִשְׁתּוֹת מַיִם מִמַּעְיְנֵי חָכְמָתֶךָ׃ וְצִוִּיתָ אוֹתוֹ לִשְׁקוֹד עַל־דַּלְתוֹת הַלִּמּוּד יוֹם יוֹם וְנָתַתָּ מֵהוֹדְךָ עָלָיו וְאַל יֵצֵא מִפֶּתַח בֵּיתְךָ לָלֶכֶת בַּשְּׁוָקִים וּבָרְחוֹבוֹת שׁוֹבֵב בְּדֶרֶךְ לִבּוֹ כִּי לֹא חָפַצְתִּי בָּאֵלֶּה׃ בָּטַחְתִּי בְּעַנְוְתָנוּתְךָ וּבְטוּב טַעַם מַעֲשֶׂיךָ שֶׁתִּשְׁתַּדֵּל בְּכֹחֲךָ הַגָּדוֹל לְהֵיטִיב אֵלָיו בְּכָל לִבֶּךָ׃ וְגַם הוּא יִהְיֶה לַאדֹנִי לְבֵן לָסוּר לְמִשְׁמַעְתֶּךָ

לְמִשְׁמַעְתֶּךָ וְאַתָּה אֲדֹנִי תִּהְיֶה לוֹ לְאָב וַיהוָה
אֱלֹהֶיךָ יִרְצָךְ ׃

גַּב הַכְּתָב

רוּחַ יְהוָֹה נוֹסְפָה בוֹ׳ וְיִרְאָתוֹ בְּתוֹךְ לִבּוֹ׳ הֶחָשׁוּב
הֶחָכָם כּמ״ר

XXI

Pater mittit filium ſuum ad Theologum, ſtudiorum causâ, rogatq́, ut commendatum eum habeat.

Utinam recta ſint via mea coram te, Domine & amice praſtantiſſime, ut ponas oculos providentia tua accuratiſſima ſuper puerum hunc, qui venit ad te ut recipiat ſe ſub alas tuas, & bibat aquas de fontibus ſapientia tua. Pracipies autem ei, ut quotidie vigilet ad fores doctrina, & de authoritate tua imperties ipſi, ne progrediatur extra fores domus tua diſcurrendo per vicos & plateas, pervertendo in via cor ſuum: nam talibus minimè delector. Confido humanitati tua & ſuaviſſimis moribus tuis, te daturum operam omnibus viribus, ut ipſi benefacias ex animo. Ipſe viciſſim erit tibi loco filii, ut incedat in obedientia tui, tu autem eſto ipſi vice patris, Deoq́; utaris propitio.

Inſcriptio.

Viro ſpiritu & reverentia Dei prædito, &c.

Notae.

Utinam recta sint. Utinam petitio mea locum apud te inveniat. Via pro petitione vel petitionis argumento : est enim דרך generale nomen de omni instituto. Locutio petita ex Psal.119.v.5.

Amice praestant. Heb. Domine, Vir Dei. *Vir Dei* pro Viro divino, doctrinæ divinę aut Verbi Dei perito, quem nos Theologum hodie vocamus. Sic Moses fuit vocatus, Jos.14.6.

Ut ponas oculos. Ut curam & rationem hujus pueri, filii mei, habeas. Aliâs etiam est simpliciter, Intueri, Oculos conjicere in aliquem : ut, ואשימה עיני עליו Et ponam oculum meum in ipsum, Gen.44.ver.21, id est, oculis meis intuear illum.

Providentia accur. Hebr. purissimæ. הַשְׁגָּחָה Providentia, Provisio, Prospicientia, Cura. Sic Rabbini communiter *Providentiam Dei* appellant, ab הִשְׁגִּיחַ Prospexit, Providit, cujus primum est שגח.

Ut recipiat se sub. Ut tuo patrocinio fruatur. Sic Boaz ad Rutham : אשר באת לחסות תחת כנפיו Quæ venisti ut reciperes te sub alas ejus, Ruth.2. v.12, id est, præsidium ejus. Nam pulli gallinarum sub alis præsidium quærunt.

Et bibat aquas. Tua institutione & profluente sapientiâ doctior fiat. Bibendi Verbum in hoc sensu pro *Discere*, apud Rabbinos frequens est, ut

ut apud Latinos *Haurire*. Sic, in veterum Hebræorum apophtegmatibus: הֱוֵי מִתְאַבֵּק בַּעֲפַר רַגְלֵיהֶם וֶהֱוֵי שׁוֹתֶה בַצָּמָא אֶת דִּבְרֵיהֶם, id eſt, Eſto pulveriſans te in pulvere pedum eorum, & eſto bibens cum ſiti verba ipſorum.

Præcipias ei. Præcipiendi Verbum cum accuſativo ſæpiùs conſtrui, traditur in Syntaxi noſtra cap.11.

Ut vigilet. Ut diligentiſſimè ſcholam frequentet. Fores doctrinæ, pro Fores domus doctrinæ, id eſt, Gymnaſii.

Quotidie. Heb. Die die: Hebraiſmus, de quo in Syntaxi noſtra cap.2.

De authoritate tua imper. Pro tua authoritate ipſi imperes. Locutio ex Num.27.20.

Humanitati tuæ. עִנְוְתָנוּתָא Manſuetudo, Humilitas, Chaldæis & Rabbinis uſitatiſſimum: עֲקַבָא דְעִנְוְתָנוּתָא Merces manſuetudinis, Prov.22. v.4, in Targum. עִנְוְתָן Manſuetus, Humilis, Humanus, Hebraicè עָנָו, ab עָנָה.

Suaviſſi. moribus tuis. Hebr. Bono ſapori operum tuorum. Sic nempe ſunt mores tui, ſtudia & opera tua, ut juventutem ad virtutem ſtrenuè aſſuefacias.

Te daturum operam. De verbo הִשְׁתַּדֵּל alibi dictum.

Ut benefacias ipſi. Verbum הֵיטִיב cum אֶל Conſtructum etiam legitur 1.Sam.20.13, ſed alio ſenſu: אליו autem idem valet quod לו.

Ipſe erit tibi. Sic, ויהי לו לבן Fuitq; ipſi in filiū,

Exo.2. v.10. De hoc usu Verbi substantivi vide Syntaxin nostram cap.14.

Ut incedat in ob. Obedientissimum se tibi prębebit: ex 1.Sam.22.14.

Deo utaris propitio. Ex 2.Sam.24.23.

Inscriptio.

Spiritu Dei prædito. Heb. Viro in quo se spiritus Dei elevat. Locutio ex Jesa.59.19.

כב

לִכְתוֹב דִּבְרֵי שָׁלוֹם וֶאֱמֶת בְּקִצְרָה׃

לְמַעַן אֲדוֹנִי אֲדַבְּרָה נָא שָׁלוֹם בָּךְ׃ כַּאֲשֶׁר יָדַעְתִּי נֶאֱמָנָה גּוֹדֶל הַתְּשׁוּקָה וְהַחֵשֶׁק אֲשֶׁר הִשְׁקְדָה נַפְשְׁךָ לָדַעַת שְׁלוֹמִי וּשְׁלוֹם זוּגָתִי הַנְּעִימָה׃ עַל כֵּן קַל מְהֵרָה יָצָאתִי לְהַגִּיד לְךָ אֲדוֹנִי לְהַעֲמִידְךָ עַל נָכוֹן מִשְּׁלוֹמָהּ וּמִשְּׁלוֹמִי׃ וְהִנֵּה רַב הוּא תה״לח עִם שְׁלוֹם כָּל בְּנֵי עַמֵּנוּ הַקְּטַנִּים עִם הַגְּדוֹלִים׃ כֵּן תַּשְׁמִיעֵנִי בְּרוּחַ שְׂפָתֶיךָ מִשְּׁלוֹם כָּל בְּנֵי בֵיתֶךָ׃ יִשְׂמַח לִבִּי גַם אָנִי׃ וְאִם אוּכַל אֲדוֹנִי לַעֲשׂוֹת דָּבָר גָּדוֹל אוֹ קָטוֹן יַעֲלֶה עַל מִזְבַּחֲךָ לְרָצוֹן תְּצַוֵּנִי וְיָקֻם לְךָ כִּי אֲנִי עַבְדֶּךָ׃

גַּב הַכְּתָב

גְּבִירִי וְרוֹזְנִי׃ אַלּוּפִי וּקְצִינִי׃ הַמְפוֹאָר כמ״ר פְּלוֹנִי׃

Salutatio

XXII

Salutatio brevis de proſpera valetudine.

Tibi domine cariſſime, nuncio ſalutem plurimam. Cùm cognitam probè habeam magnitudinem deſiderii & cupiditatis, qua ſcire expetis, quomodo ego uxorq; mea ſuaviſſima valeamus: idcirco repentè è veſtigio prodii, ut indicarem tibi domine, redderemq; te certiorem tum de mea tùm de illius valetudine. Ecce autem optima ea eſt Dei beneficio, omnesq; noſtri, tam minimi quàm maximi ſe bellè habent. Pariter tu quoque mihi nuncies ſpiritu labiorum tuorum, de proſperitate domeſticorum tuorum, quo ſummè lætabor. Si potero, tibi domine, viciſſim aliquid præſtare ſive parvum ſive magnum fuerit, aſcendet id ſuper altare tuum benevolè. Impera mihi & præſtabitur tibi: Totus enim tuus ſum.

Inſcriptio.

Præſtanti viro, N.

N O T Æ.

Tibi domine. Hebr. Propter dominum meum loquar nunc: Pax ſit in te. Frequens ſalutandi forma in epiſtolis, petita ex Pſal.122.8, qui verſus etiam integrè uſurpatur, ſi ad plures ſcribatur: ſin ad unicum, dicitur, לְמַעַן אַחַי וְרֵעָי Propter fratrem ac amicum meum, &c.

Cognitam probè hab נֶאֱמָנָה Adverbialiter Fidè, Probè, Verè, pro בְּנֶאֱמָנָה. Sic enim Nomina cum Præpositione ב adverbiascunt. Desumpta, ni fallor, locutio ex Hosea, in quo legitur, הוֹדַעְתִּי נֶאֱמָנָה Notum feci fidè, cap. 5 9.

Scire expetis. Heb. Scire expetit anima tua.

Quomodo ego uxorq; Heb. Prosperitatē meam & prosperitatem comparis meæ suavissimæ. זוּג Chaldaicè Copulare, Conjungere, Combinare: זִוּוּג Conjugium, ut in Davide: אֱלָהָא מְזַוֵּג זִוּוּגִין Deus conjungit conjugia, Psal. 68. 7. זוּג זוג זוּגָא, Par: זוּג לְבוּשִׁין Par vestimentorum, Jud. 17. v. 10: זוּג חֲמָרִין Par asinorum, Jud. 19. v. 10, idem quod Hebraicè צֶמֶד. Hinc זוּגָה *Uxor*, Conjunx, Compar, paris conjugalis pars fæminea, apud Rabbinos. Aliâs etiam Uxor ipsis dicitur צֵלָע vel צַלְעַת Costa.

Repentè è vestigio. Sic Cicero locutus est. Heb. Citò velociter ut Joel. 3. 4. Vide Syntaxin nostram cap. 19. in fine.

Redderemq; te certiorem. Heb. Statuerē te super firmo. Locutio admodum frequens in epistolis.

Prospera ea est. Heb. Multa.

Dei beneficio. תלח Abbreviatura est pro תְּהִלָּה לְאֵל חַי Laus sit Deo vivo.

Bellè se habent. Heb. Cum prosperitate filiorum omnium populi nostri.

Nuncies Heb. Audire facias.

Qui summè lat. Hebr. Lætabitur cor meum, etiam ego, ex Pro. 23. 15.

Ascendet

Ascendet illud super alt. Promptissimo animo id præstabo ad votum & nutum tuum. Locutio à sacrificiis petita, quæ promptè & alacriter offerebantur. Respicere videtur ad illud Jesaiæ, יַעֲלוּ עַל־רָצוֹן מִזְבְּחִי Ascendent benevolè altare meum, cap. 60. v. 7, ubi hypallage, pro יעלו לרצון על מזבחי quomodo alibi in Scriptura reperitur. לרצון Ad voluntatem, ad beneplacitũ. Sic quod fit, gratum & acceptum habetur, promptéque & alacriter fieri judicatur. יהיו לרצון אמרי פי Sint ad beneplacitum verba oris mei, Psal. 19. 15, id est, grati, accepti. לא לרצון Non ad voluntatem, hoc est, Ingrata, minimè accepta, Jer. 6. 20.

Impera mihi. Tam promptè tibi gratificari studebo, ut etiam præcipere mihi possis.

Et præstabitur tibi. Heb. Et surget: ex Job. 22. 28.

Inscriptio.

גְּבִיר Vir, רוֹזֵן Dominator, קָצִין Dux, Ductor, Princeps. Adeo liberales sunt in titulis dandis.

כג

לְהָעִיר בְּנוֹ שֶׁיַּעֲסוֹק בְּתַלְמוּד:

כָּל לְשׁוֹנִי תָּקוּם אִתִּי לָבֹא בְּמִשְׁפָּט אִתְּךָ בְּנִי לַהֲעִירְךָ וְלַהֲקִיצְךָ מִשְּׁנַת הַבִּטּוּל וּלְצַוּוֹת אוֹתְךָ וְאֵת כָּל כּחוֹתֶיךָ לִרְדּוֹף אַחֲרֵי הַלִּמּוּד וְהָעִיּוּן כִּי הוּא תְהִלָּתְךָ וְאוֹרֶךְ יָמֶיךָ: וּכְבָר יָדַעְתָּ בְּנִי דַעַתְ

כִּי זֶה חֶלְקְךָ וְנַחֲלָתְךָ לָבֹא אֶל מִקְדָּשִׁי וּלְהִסְתַּפֵּחַ בְּחַצְרוֹתָיו לָרֶשֶׁת מִשְׁכְּנוֹת הַהַצְלָחָה הָאֲמִתִּית: עַל כֵּן אֱזוֹר נָא כְּגֶבֶר חֲלָצֶיךָ לִלְבּוֹשׁ בִּגְדֵי הֶחָרִיצוּת לִקְנוֹת חָכְמָה וָדַעַת לְמַעַנְךָ וּלְמַעֲנִי כִּי אֶתֵּן אֶת לְבָבִי לְנַשֵּׂא אוֹתְךָ בְּטוּב טַעְמִי עַל נַפֵּי מְרוֹמֵי קָרֶת וְלֹא תֵקַע נַפְשִׁי מִמְּךָ:

גַּב הַכְּתָב

בֵּן חָכָם יְשַׂמַּח אָב׳ חָשׁוּב מִתּוֹרֵי זָהָב׳ בְּנִי יָקָר לִי:

XXIII

Pater hortatur filium suum ad studia.

Tota lingua mea exsurget mecum, ut congrediatur tecum in judicium, fili mi, ad expergefaciendum suscitandumq; te è somno otii, ac præcipiendum tibi omnibusq; viribus tuis, ut prosequaris doctrinæ contemplationisq; studia, id quod tibi laudi & vitæ prorogationi futurum est. Jampridem enim scis, fili mi, scis hanc esse partem tuam & hæreditatem tuam, ut accedas ad sanctuarium meum, ejusq; atriis adhæreas, ad possidendum habitacula prosperitatis veræ. Idcirco accinge ut vir lumbos tuos; ad vestiendum te vestibus industriæ, ad comparandum tibi sapientiam & scientiam, tam tuâ quàm meâ causâ: constitui enim te elevare,

quàm

quàm potero commodiſſimè, ſuper loca eminentia urbis, neq; avelletur anima mea unquam abs te, &c.

Inſcriptio.

Filio prudenti & obſequenti, &c.

NOTAE.

Tota lingua mea. Quæcunq; in me dicendi vis aut facultas eſt, eâ universâ te ab otio revoco, & ad literarum ſtudia adhortor, Imitatio locutionis ex Jeſaia, apud quem cap. 54. v. 17, legitur: כָּל לָשׁוֹן אֲשֶׁר תָּקוּם אִתָּךְ לַמִּשְׁפָּט תַּרְשִׁיעִי, Omnem linguam inſurgentem contra te in jus, condemnabis.

E ſomno otii. Sic, מִשְּׁנַת הָעַצְלוּת E ſomno pigritiæ.

Contemplationisq; ſtudia. עִיּוּן Cõſideratio, Contemplatio, Meditatio, Studium. עִיֵּן Conſiderare, Contemplari, à Nomine עַיִן Oculus, quaſi Oculare dicas, id eſt, Oculis mentis perſpicere & contemplari. Item Videre, quomodo de oculis corporis propriè dicitur.

Vitæ prorogationi. Studio ſapientiæ ſæpiùs in Proverbiis Salomonis, longitudo dierum aſcribitur.

Hanc eſſe partem tuam. In ſtudiis literarum tibi hæreditatem eſſe quærendam, non apud me, qui opes nullas poſſideo. Non fruſtraberis tamen hæreditate, ſi paternis monitis obtemperaveris.

Ut accedas ad ſanct. Ut refugiũ habeas in ædi-

bus paternis, ibi te contineas, ibi ſubſidium & conſilium quæras, ut qui olim Templum Hieroſolymitanum ingrediebantur, implorandi & impetrandi auxilii divini causâ.

Habitacula proſp. vera. Quæ virtutis & literarum cultoribus inhabitanda dantur.

Accinge ut vir. Promptus, expeditus eſto, ut miles ad militiam accinctus: locutio trita in ſacris.

Induſtriæ. חריצות Nomen à חָרוּץ Induſtrius, Sedulus, Strenuus.

Tam tuâ. Heb. Propter te & propter me.

Conſtitui. Heb. Dabo cor meũ ad elevandum te, ut Eccleſ.1.v.13.

Quàm commod. Heb. Optima ratione mea.

Super loca excelſa. Ad magnas dignitates, ad honorum faſtigia, ex Prov.9.3.

Neq; avelletur. Tuis commodis promovendis ſemper addictiſſimus ero. Sic, פן תקע נפשי ממך Ne recedat anima mea à te, Jerem.6.8.

Inſcriptio.

Filio prudenti. Heb. Filio prudenti, (qui) lætificat patrem, ex Prov.10.1.

Præſtanti. Heb. Æſtimato ut murænulæ aureæ, ex Cant.1.v.11.

כר

לְיַסֵּר בְּנוֹ שֶׁיִּפְנֶה מֵהַבְלֵי רֵעָשָׁיו׃

אם יצאתי לקראת מחשבותיך להלחם אתך ולהבראל לבך על חלומותיך ועל הבליך לא יתאני רוחי בקרבי לערוך מערכה מול כמרת מערכותיך הפחותות והסכליות כי עצמו מספר׃ ובאמת כאשר זמירות היו לי מלפנים חקיך בבית מגורי כן כלו עתה ביגון חיי מהבלי מעשיך׳ כי אבדת זמניך בחברת התענוגים רגש מחוגגים׳ עד כי לא אוכל און ועצרה׃ זאת יעצתי אם תאבת שמוע אקרא בקול גדול לנפשך אשר אהבתי ואמרה אליך שובי שובי השולמית מכל אשר דקרת ולא תוסיפי להתגורר באלה׳ ושאתיך בחותם על לבי וימיני תתמוך בך׃

גב הכתב

נפשי בטובתו תתאב׳ ולא ימאס במוסר אב

המשכיל כ״מ פלוני

XXIV

Monetur filius, ut recedat à vanis operibus suis.

SI prodire velim in occursum tuarum cogitationum, ut prælier tecum, moneamq; te de somniis ac vanitatibus tuis, non permittet mihi spiritus meus intra me, instruere aciem contra tot acies tuas viles & stultas, quæ plures sunt quàm ut numerari possint. Et certè ut jubilo mihi fuerunt studia tua ante hæc tempora, in hoc meæ peregrinationis domicilio: sic deficit nunc præ mœrore vita mea propter vana tua opera. Perdis enim tempus tuum voluptatum consortio, cætuq; genialiter festa-agentium, ita ut amplius hanc iniquitatem & festa hæc tolerare nequeam. Consulo itaque, modò velis parere, inclamoq; voce alta animam tuam mihi charissimam, dicens: Redi, redi Schulammitis ab omnibus cogitatis tuis, neq; amplius istis alliciaris. Sic imprimam te quasi sigillum cordi meo, dextraq; mea sustentabit te, &c.

Inscriptio.

Juveni cujus commodum expeto, quiq; paternam castigationem non aspernabitur, intelligenti, &c.

NOTAE.

Si prodire. Si occurrere malo vitæ tuæ proposito velim, tecumq; verbis dimicare, ac dignè te repre-

reprehendere, vix id sufficienter potero ob vitiorum tuorum multitudinem.

Tuarum cogitationum. Quæ ad vitia tantùm feruntur.

Pralier tecum. Prælium verborum tecum ineam, tecum dimicem acriterque contendam, te pro merito arguam & reprehendam.

Moneamq́; te. Hebr. Loquendo ad cor tuum. Phrasis trita Hebræis: ut, וידבר על לב הנערה Et locutus est ad cor puellæ istius, Gen. 34.3, id est, blandis verbis eam allocutus est, conatusq́; eam in suam sententiam pertrahere: וידבר על לבבם Locutusq́; est ad cor illorum, 2. Par. 32.6.

De somniis. De nugis, rebus nihili, studiis vanis, ut sequitur.

Non permittet. Vix ero sufficiens me tot tuis vitiis opponere.

Contra tot acies. Tantam vitiorum tuorum multitudinem.

Acies viles. Copiam vitiorum inanium. פְּחוּת Vile, Abjectum, Contemptum, apud Rabbinos.

Et stultas. סִכְלִי Stultus, adjectivum Rabbinicum à סֶכֶל Stultitia.

Quæ plures sunt. Heb. Validiora sive numerosiora sunt præ numerando, ex Psal. 40.6.

Ut jubilo. Sicut antea moribus & studiis tuis honestis delectatus sum: ita nunc vitia & corruptiones tuæ me summè perturbatum reddũt.

Jubilo. Hebr. Cantiones, cantionum occasio, materia, argumentum, id est, maximâ læti-

tiâ me affecerunt. Nam ubi cantus, ibi lætitia.

Ante hac temp. Heb. Ab ante.

Studia tua. Heb. Statuta tua, id est, vitæ propositum in studiis & moribus.

In hoc mea pere. In hoc vitæ meæ curriculo & stadio. Tota hæc locutio desumpta ex Psal. 119. ver.54.

Sic deficit. Apud Davidē, כי כלו בינון חיי ושנותי באנחה Nam deficit mẹrore vita mea, & anni mei gemitu, Psal.31.11.

Voluptatum cons. Dando te voluptatibus: חֲבֶרֶת Societas, à חָבַר.

Catuq; festa agen. רֶגֶשׁ Cætus conveniens aut concurrens, Psal.55.15. חָגַג Festum agere, Genialiter vivere, Genio indulgere, Tripudiare, ut in illo: נטשים על פני כל הארץ אוכלים ושותים וחוגגים Diffusi in superficie totius terræ comedentes, bibentes & festum agentes, sive tripudiantes, 1.Sam.30.16.

Ita ut amplius. Ex Jesa.1.13.

Consulo itaq;. Hebr. Consilium meum est, ut voluptates & vanitates istas relinquas.

Carißimam. Heb. Quam diligo.

Redi, redi. Redito ô anima pretiosa ab omni vanitate & pravitate tua, relinque vitia, virtutes amplectere. Sunt autem verba sponsi Salomonis ad sponsam ecclesiam, Cant.6.12, quam appellat שולמית quasi Perfectissimam formâ & virtutibus. Hîc accommodantur animæ, quam decet virtutum complexu esse integram.

Neq; amplius. Heb. Ne adjicias attrahi iſtis.

Sic imprimam te. Eris animo meo cariſſimus & conjunctiſſimus. Sic, שִׂימֵנִי כַחוֹתָם עַל לִבֶּךָ כַּחוֹתָם עַל זְרוֹעֶךָ Impone me ut ſigillum animo tuo, ut ſigillum brachio tuo, Cant. 8. 6. Vide Jerem. 22. v. 24. Hag. 2. 23.

Dextraq; mea. Tibi præſidio ero. Sic אַף תְּמַכְתִּיךָ בִּימִין צִדְקִי Etiam ſuſtentavi te manu dextra juſtitiæ meæ, Jeſa. 41, 10.

Inſcriptio.

Cujus commodum ex. Heb. Anima mea bonum ejus deſiderat.

כה

לִכְתּוֹב לְאָבִיו אֵיךְ הוּא פָּנָה אֶל מוּסָרוֹ וְשֶׁרְצוֹנוֹ לְהַנִּיחַ הַהֶבֶל:

שְׁמַעְתִּי שִׁמְעֲךָ וּרְצוֹן נַפְשְׁךָ אֲדוֹנִי אָבִי ע״כ אָשׁוּבָה־לִי מִשּׁוּאַת הַהוֹלֵלוֹת וְהַהֶבֶל אֲשֶׁר אָמַרְתָּ וּמִן הֶחָמָס אֲשֶׁר בְּכַפַּי׳ וְאַף כִּי נָטִיתִי בְּיָמִים חָלְפוּ לָמוֹ לָלֶכֶת אַחֲרֵי הַתֹּהוּ אֲשֶׁר לֹא יוֹעִיל הֲלֹא עוֹד חָזוֹן לַמּוֹעֵד לְהַנִּיחַ אֶת כָּל הַמְּלָאכָה נִמְבְזָה וְנָמֵס וְלָרוּץ לְמִצְוֹתֶיךָ כְּבֵן נֶאֱמָן יְשַׂמַּח אָב וְלִהְיוֹת לְפָנֶיךָ לְעֶבֶד וּלְהוֹעִיל וּלְכַלְכֵּל אֶת שֵׂיבָתֶךָ׳ וְעַתָּה אֲדוֹנִי הַיּוֹם הַזֶּה עֵינֶיךָ תֶּחֱזֶינָה

מֵשָׁרִים כִּי אֲנִי עַבְדְּךָ בְּשׁוּבִי בְּשָׁלוֹם עַל הַר נַחֲלָתְךָ לָסוּר לְמִשְׁמַעְתֶּךָ לְכָל אֲשֶׁר תְּצַוֵּנִי וְאַתָּה תִּבְחָנֵנִי וְנַסֵּנִי ׃

גַּב הַכְּתָב

בָּרוּךְ מִבָּנִים׳ זָקֵן וּנְשׂוּא פָנִים׳ הַמְפֹאָר אֲדוֹנִי אָבִי׳ כמ״ר

XXV

Filius paternæ monitioni obtemperat, ac vanitates relinquit.

Audivi monitionem tuam ac voluntatem animæ tuæ, parens colende, unde redibo à strepitu dementiæ & vanitatis, de qua locutus es. & ab iniquitate, quæ fuit in manibus meis. Quamvis autem præterito tempore declinaverim sequi inanitatem, quæ nihil prodest; annon est commoditas amplius relinquendi cuncta ista opera contemtibilia & fluxa, & incedere juxta præcepta tua, instar filii fidelis lætificatis patrem suum, utq; sim tibi in servum ad utilitatem tuam promovendam, & sustentandum te in senectute tua? Certè, observande pater, eodem die oculi tui videbunt rectissima, quamprimum, ego tuus, domum tuam reversus fuero, me scilicet tibi obsequentissimum futurum in omnibus quæ mihi imperaveris: tantùm probato me & tentato me, &c.

Inscri-

Inſcriptio.

Hominum benedictiſsimo, ſeni honorato, parenti obſervando, &c.

NOTAE.

Monitionem tuam. Hebr. Auditionem tuam, vel, Nuncium tuum: שְׁמַע Auditio, id eſt, ſermo qui audiendus proponitur, veluti Fama, Nuncium, Rumor, Monitio, Caſtigatio, ut hoc loco.

Parens colende. Heb. Domine parens. Sic Hebræorum liberis ſolenne, parentes ſuos etiam tenuioris ſtatus, honorare. Omnibus enim parentibus dominium in liberos competit.

Redibo. Heb. Redibo mihi. Pleonaſmus Dativi in hac lingua frequens. Vide Syntaxin noſtram cap.11. in fine Regulæ primæ.

Quæ fuit in manibus. Quam exercui, cui tractandæ addictus fui. Manibus aſcribitur tanquam inſtrumento actionum agendarum. Sic ופעל חמס בכפיהם Et opus iniquum in manibus ipſorum, Jeſa. 59.6.

Sequi inanitatem. Inania & vana ſtudia: vide 1.Sam.12.v.21.

Annon eſt com. An putas me non poſſe aut velle amplius ab iſtis vanitatibus deſiſtere? Locutio mutuata ex Abac.2.3.

Opera contemt. Ex 1.Sam.15.9. De diſcrepantia generis vide Syntaxin noſtram cap.2.in fine, etſi hîc מלאכה aliter ſumatur. Sic ſæpe Rabbini

in Grammaticam peccant, quando sermonem biblicum ad familiarem usum accomodant.

Incedere juxta prac. Heb. Currere ad præcepta tua, id est, alacri animo tua jussa capessere. Alibi fuit, Viam præceptorum decurrere.

Et sustentandum te. Ex Ruth. 4. 15.

Oculi tui videbunt. Ex Psal. 17. 2.

Me tibi obseq. Ex 1. Sam. 22. 14.

Inscriptio.

Seni honorato. נשוא פנים Acceptus facie, 2. Reg. 5. v. 1, id est, cujus facies omnibus grata & accepta est, cujus faciem omnes honorificè accipiunt & habent, cujus faciem omnes exaltant.

כו

הַמּוֹכִיחַ אֶת־חֲבֵרוֹ עַל שֶׁפָּסַק מִלִּמּוּדוֹ:

הנה שְׁמוּעָה שָׁמַעְתִּי וְתִרְגַּז בִּטְנִי לְקוֹל הַקּוֹרֵא תְּצִלֶּינָה אָזְנַי כִּי שָׁמַעְתִּי אוֹמְרִים עָלֶיךָ אֵיךְ שֶׁנִּסַּעְתָּ מִקְּרִיאַת תּוֹרָה לַעֲסוֹק בִּמְלֵי תַעֲנוּג הַגּוּף וְהַבְלֵי עוֹלָם׃ אֲבָל אֵינִי מַאֲמִין עָלֶיךָ שֶׁתַּעֲשֶׂה הַדָּבָר הָרַע הַזֶּה וְלִבְנוֹד בְּאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ וּלְהַשְׁלִיךְ מַרְגָּנִיתָא אֲשֶׁר יִצְלַח לְכֹל וּלְקַבֵּל מְחִירָא חַסְפָּא כִּי דְרָכֶיךָ יְשָׁרִים וּנְעִימִים מִנְּעוּרֶיךָ׃ וְהַתּוֹרָה הָיְתָה אוּמָנוּתְךָ וְעָמַלְתָּ בָהּ כָּל־יְמֵי חַיֶּיךָ עַד הַיּוֹם הַזֶּה׃

ועתה

ועתה נלאית נשוא וקצתה בה׃ אבל מכל מקום
אין זה כל כך תמחון בעיני כי מי שאכל דבש הרבה
סופו מקיאהו כי האשה הזו אתך ושמעת בקולה
כי כן יעשו הבחורים שכותבין כתובה לאשה וגט
לתורה׃ ואם תשיבני שאתה מוכרח לכך בשביל
חיי שעה הלא ידעת שאמר שלמה המלך ע״ה כי
לא לנבונים לחם ולא לחכמים עושר וכל המקיים
התורה מעוני סופו לקיימה מעושר וכל המבטל וכו׳
וגם לא כל המרבה בסחורה מחכים ועשיר כי הקב״ה
נותן להם לכל בשר וגם לא ראיתי צדיק נעזב
וגומר ומה לך ליגע להעשיר הלא תפסת מרובה
לא תפסת כי לא תרד אחריך כבודך התעיף
עיניך בו ואיננו אך מה טוב ומה נעים הבינוני
לאחוז בזה וגם מזה אל תנח ידיך כי יפה תלמוד
תורה עם דרך ארץ׃ לכן לא טוב הדבר אשר אתה
עושה וכן לא עשו אבותיך אשר קמת במקומם
למה תתן להיות שמך נקרא חומץ בן יין׃

גב הכתב

מקבל יסורין באהבה ואחריתו יהיה טובה
הנכבד כמ״ר פלוני

XXVI

Reprehendit amicum, quòd destitit à studiis, & mercaturæ se dedidit.

Ecce rumorem audivi, & trepidavit pectus meum: ad vocem clamantis tinniebant aures mihi. Audivi enim dicentes de te, quòd secesseris à lectione Legis, ut vaces voluptatibus corporeis ac vanitatibus mundanis. At credere non possum, quòd rem tam malam perpetraveris, sisq; prævaricatus in uxorem adolescentiæ tuæ, ac projeceris margaritam, quæ prodest ad omnia, receperisq; pro ea pretium luti. Fuerunt enim mores tui recti & elegantes inde à pueritia tua, ac Legis studium erat opificium tuum, in quo totâ vitâ tuâ te exercuisti usq; ad diem præsentem. Nunc verò defessus es ferendo, ac tadet te illius? Verumtamen non id usq; adeo mirum est in oculis meis: nam qui comedit mellis multum tandem vomit. Certè mulier seduxit te, & auscultasti voci ejus, ut faciunt studiosi, qui scribunt contractum conjugii mulieri, ac repudii literas studiis. Quòd si responderis mihi, te necessitate compulsum id fecisse, propter vitam hanc temporalem conservandam: an verò ignoras quod rex Salomon dicit: Non est sapientum cibus, nec prudentum divitiæ, &c. Deinde, Quisquis servat Legem propter paupertatem, tandem servabit eam propter divitias: & contrà, Quisquis intermittit, &c. Præterea, Non omnis exercens magnam merca-

mercaturam, sapiens evadit & dives. Nam Deus dat cibum omni carni. Item, Nunquam vidi justum derelictum, &c. Quorsum fatigas te ut diteris? An consecutus es plurimum? minimè. Non enim descendet post te in sepulchrum tuum. An facies ut involent oculi tui in ea quæ mox non existent amplius? At verò quàm bonum & quàm jucundum est esse intermedium, ut apprehendas hoc, nec ab illo remittas manum tuam? Pulchrum enim est studium Legis cum aliquo artificio conjunctum. Quamobrem negotium non est bonum quod tractare instituisti: neq; sic egerunt majores tui, in quorum locum tu consurrexisti. Quorsum committeres, ut nomen tuum vocetur Chometz Benjajin, Acetum vini proles? *Sed prolixior non sum.*

Inscriptio.

Juveni humanissimo N.

NOTAE.

Audivi rumorem. Sic, וְשָׁמַע שְׁמוּעָה Et audiet rumorem, 1. Reg. 19. 7: שְׁמוּעָה רָעָה שָׁמֵעוּ Rumorem malum audiverunt, Jer. 49. 23.

Trepidavit pectus. Heb. Commotus est venter meus: ex Hab. 3. 16.

Tinniebant aures mihi. Sic, כָּל שֹׁמְעוֹ תְּצִלֶּינָה שְׁתֵּי אָזְנָיו Quicunque audiverit illud, tinnient ambæ aures ejus, 1. Sam. 3. 11. Vide & Jerem. 19. v. 3. Thema est צָלַל.

A lectione Legis. A studio verbi divini, קְרִיאָה Lectio, à קָרָא Legere.

Ut vaces. Heb. Ad operandum, operam dandum. עָסַק Rabbinicũ eſt, Operari, quod eo ſenſu uſurpant, quo nos dicimus Operam dare vel impendere, Incumbere, Vacare literis vel ſtudiis. Sic etiam eo in Hithpahel utuntur. עֵסֶק, עִסְקָא Negotium, Studium, Opera.

Voluptatibus. Hebr. In verbis ſive rebus voluptatis. מִלָּה Dictio, Verbum, ſed latè uſurpatur Rabbinis, ut Hebraicè דָּבָר. Res voluptatum, quæ ad voluptates exercendas faciunt & pertinent.

In uxorem adoleſ. In illud ſtudium, ad quod animum à prima pueritia applicuiſti, cui te conſecraveras; tanquam qui fidem conjugii dat ſponſæ, quam violare nefas eſt. Locutio petita ex Mal.2.15.

Margaritam. Studium theologicum. מַרְגָּלִית, מַרְגָּלִיתָא & Syrè מַרְגְּנִיתָא Margarita, Pluraliter, מַרְגָּלִין, מַרְגְּלָיָא Exo.28.9.10. in Jonathane. Hinc ANTONIUS MARGARITA, qui ad Chriſtianiſmum ex judaiſmo converſus, ſcripſit librum Germanico idiomate de fide, vita & moribus judæorum, de familiâ ſua dictus fuit מַרְגָּלִית quæ Pragæ floruit, & etiamnum fortè exiſtit. Inde Anno Chriſti 1530. Pragæ floruit Rector Synagogæ א״זק מַרְגָּלִיתָא Iſaacus Margolis ſive Margarita, qui laudatur in Chronico Tzemach David.

Quæ prodeſt. Sic, הֲיִצְלַח לִמְלָאכָה Num proderit ad opus? Ezech.15.4. Alioqui hoc verbum aliter etiam ſignificat.

Pretium

Pretium luti. מְחִירָא דְחַסְפָּא Vocabula chaldaica sunt, quæ sic proverbialiter sumuntur, quando pretiosum in vile commutatur. מְחִירָא, מְחִיר Pretium, quod pro re vendita vel commutata datur. חספא Testa, figulina propriè, ut Dan. 2.

Mores tui. Heb. Viæ tuæ.

Opificium tuum אוּמָנוּת Ars, Artificium, Opificium, ab Hebræo אָמַן, vel quòd opificem Alat, aut quod summa in eo Fides ac fidelitas requiratur, אָמַן & apud Rabbinos אוּמָן Artifex. Inde proverbium, כָּל אוּמָן שׂוֹנֵא בְּנֵי אוּמָנוּתוֹ *Omnis artifex odit filios artificii sui.* Filios, id est, discipulos, ut & dicuntur Filii prophetarum, pro discipulis ipsorum.

Defessus es ferendo. Sic, היו עלי לטרח נלאיתי נשוא Sunt mihi oneri, defessus sum ferendo, Jesa. 1. 14. לָאָה Defetisci, Defatigari, & sic in Niphal נִלְאָה.

Tædet te Sic, קצתי בח" Tædet me vitæ meæ, Gen. 27. ver. ult. Tædio opponitur Oblectatio, quæ commendatur Psal. 1. De structura Verbi קץ *Tædet*, vide Syntaxin nostram cap. 12. Reg. 2.

Verumtamen. אבל מכל מקום Sed tamen, מכל מקום Tamen, Attamen, apud Rabbinos. Antecedere solet אַף עַל פִּי Etsi, Quamvis.

Tantopere. כל כך Rabbinis hoc sensu sumitur.

Mirum. תמהון Admiratio, Stupor, à תָּמַהּ.

Tandem vomet. Hebr. Finis ejus est vomitus. Proverbialis sententia, quâ significatur, magnâ boni affluentiam plerunque malum sortiri aut

procreare exitum. Accedit enim abusus, quem sequitur pœna. מְקִיאָה Vomitus, à קוֹא.

Mulier seduxit te. Quòd mercaturæ deditus, sperasti te citius nacturum uxorem. Aut per Mulierem intelligitur Mercatura & quævis alia causa, locutione traducta ex historia Gen 3.

Literas conjugii. Instrumẽtum literarum quod scribit maritus uxori desponsatæ sibi, vocatur absolutè כְּתוּבָּה, scribit Elias in Tisbi.

Literas repudii גֵּט Literæ divortii, apud Talmudicos & Rabbinos.

Studii. Heb. Legi, id est, verbi divini studio. Hoc unicum studium, quod à תּוֹרָה Lege nomen habet Hebræi commendant, cujus respectu reliqua omnia pro studiis vanitatis habent.

Te necessitate temp. Hebr. Quod coactus fueris ad sic. מוּכְרָח Participium præteritum Hophal, ab הִכְרִיחַ vide epist. 43.

Propter vitam temp. Heb. Propter vitam horæ, id est, propter ea quę ad vitam temporalem conservandam sunt necessaria. Frequens locutio apud Talmudicos & Rabbinos. Apud Talmudicos legitur: נִשְׁדֵי עֲלַיְהוּ הָאֵי גוּדָא וְנִקְטְלִינְהוּ שֶׁמַּנִּיחִין חַיֵּי עוֹלָם וְעוֹסְקִין בְּחַיֵּי שָׁעָה Projiciamus super eos hunc parietẽ, & occidamus eos, quòd reliquerunt vitam seculi, & operam dant vitæ temporali. Taanith fol. 21.1. Sic in Schab. fol. 33. *Seculi* scil. æterni, id est, quod reliquerunt studiũ Legis divinæ quod seculi futuri sive æternæ vitæ possessorem facit. *Vita temporali*, id est, negotiatio-

tiationibus mundanis, quibus vita temporalis conservatur, בִּשְׁבִיל idem quod בַּעֲבוּר, בִּגְלַל. Propter. שָׁעָה Hora, Momentum, in Targum. Observavi tamen Judæos hodie pronunciare per Tzere ab initio, שֵׁעָה

Non est sapientum cibus. Eccles. 9. 11. Humanâ sapientiâ non comparatur cibus aut divitiæ, sed benedictione Dei.

Quisquis servat. Celebre dictum est, quod in Pirke abhoth cap. 4, Rabbi Jonathani tribuitur, quo verbi divini studium commendatur.

Quisquis intermittit. Integrum est, כל המבטל התורה מעושר סופו לבטלה מעוני *Quisquis intermittit Legis studium propter divitias, tandem intermittet illud quoq; propter paupertatem.* Qui propter divitias temporales Legem Dei negligit vel contemnit, Dei maledictione ad paupertatem extremam deveniet, ut sic quoque Legi operam dare non possit. At pauper Legem excolens, divitiis cumulabitur, &c. Rabbi Meir audiens hoc dictum, adjecit interpretamenti loco: הֱוֵי מְמַעֵט בְּעֵסֶק וַעֲסוֹק בְּתוֹרָה *Esto minuens negotia* (temporalia) *& operam impendito in Lege.* Voluit R. Jonathanem innuisse suo dicto, sic operam dandam Legi non ut nihil præterea homo agat, quæ cura hujus vitæ requirit, sed ut minus in his laboret, amplius in illis: negotia temporalia debere esse טָפֵל accidentarium & πάρεργον: studium Legis עִקָּר fundamentum principale & ἔργον.

Magnam exercens merc. Hebr. Multiplicans mercaturam.

Sapiens evadit. מחכים Participium Hiphil, in qua conjugatione hoc Verbum etiam intransitivè sumitur apud Rabbinos. Sic in illo Talmudico : הָרוֹצֶה שֶׁיַּחְכִּים יַדְרִים וְשֶׁיִּתְעַשֵּׁר יַצְפִּין *Qui cupit ut sapiens fiat, meridiem petat : ut ditescat, septentrionem adeat.* Elegans dictum, de cujus sensu aliâs dicemus, si Deus voluerit. Legat de eo, qui potest, librum Caphtor fol. 9.

Deus. הקב״ה Abbreviatura est Rabbinis usitatissima, quâ Deum cum laudis encomio nominant, pro הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא id est, sanctus benedictus ille.

Dat cibum. Psal. 136. 25.

Justum derelictum. Ita ut semen ejus quærat panem, Psal. 37. 25.

Et cæt. Quando citant aliquod dictum Scripturæ imperfectè, tum subjiciunt וגו׳ vel integrè וְגוֹמֵר Et complens, scil. esto cætera, adjice cætera. Quando autem sententiam Rabbini alicujus aut textus Talmudici mutilè adducunt, subjiciunt וְכוּ׳, id est, וְכוּלֵי Et reliqua, Et omnia, &c.

Quorsum fatigas te. Heb. Quid tibi ad fatigandum. לִיגַע Infinitivus Rabbinicus, cujus forma & alibi sæpius notata, à יָגַע Sic לִישֵׁב à יָשַׁב.

Consecutus. תָּפַסְתָּ per ס, cujus thema in Bibliis per שׂ notatur תָּפַשׂ.

Plurimum. מְרוּבָּה Multiplicatum, Partic. Pyal à רָבָה.

Mini-

Minimè. Heb. Non es consecutus.

An facies ut int. Num conjicies oculos in divitias momento perituras? locutio ex Prov. 23.5.

Quàm bonum. Longè præstantius erit te medium tenere, ita scilicet negotiari, ut propterea non negligas studium Legis. בֵּינוֹנִי Intermedius, à בֵּין Inter. Inde Participio Præsenti nomen datum *Benoni*, quod sit medium tempus inter præteritum & futurum.

Ut apprehendas hoc. Ex Eccles. 7.19.

Pulchrum est stud. Veterum sapientum dictum est, quod legitur in Pirke abhoth cap. 2. תלמוד Studium, idem hîc est quod aliâs dicunt לִמּוּד.

Cum artificio. Ratio additur in Apophthegmatibus, כִּי יְגִיעַת שְׁנֵיהֶם מַשְׁכַּחַת עָוֹן *Nam labor utriusq, oblivisci facit peccati.* דרך ארץ Via terræ, id est, artificium, negotiatio, qua quisque se honestè pro consuetudine terræ alit.

Acetum vini proles חומץ בן יין proverbiale est apud Talmudicos de filio degenere. Julius Cæsar Scaliger interrogatus ab amico, quid sentiret, de Roma, qualis hodie est? Respondit esse *Acetum pessimum vini optimi.* Ovum ovo non est similius, quàm hæc locutio Latina præcedenti Hebraicæ.

Inscriptio.

Juveni humaniss. Hebr. Qui recipit castigationem amicè, cujusque finis erit optimus, honorato N.

כז

הכועס על חברו שהוכיח אותו:

הנה ידעתי כי אתה חכם ועמך תמות החכמה אך יהי לך אשר לך כי אינני צריך לשררותך ולתוכחתך׳ כי מי שמך לאיש שר ושופט עלי ולאיש מושל׳ לכן שקול טיבתך ושדי אחיזרא כי גם לי לבב כמוך ומה ידעת ולא אדע׳ קשוט עצמך ואחר כך קשוט אחרים׳ ואם עזבתי התלמוד ועשיתי דבר שלא כהוגן הן אל־חקי ישוב ועתיד אני ליתן דין וחשבון׳ ואתה מדה טיבך כי כל־הלבבות דורש אלהים והמרבה והממעיט שוים לפניו רק שיכוין לבו לשמים: לכן אל תדין את חבירך עד שתגיע למקומו׳ כי אף על פי שאתה מחזיק את עצמך ברבנות הנה תראה שתגיע לימים שתאמר אין לי בהם חפץ׳ ואף הדין עמך מלעסוק בחיישעה כי סבור אתה שיש לי גנזי נסתרות שעזבו אבותי וידעתי שאינך מאמין לי כמו שהבריא אינו מאמין בצער החולי׳ אבל גלוי וידוע לפני מי שאמר והיה העולם׳ שאם היה אפשר בשום צד זולת זה לא הייתי עושה הדבר כי הדחק והגאן

עלות

עוֹלוֹת עָלַי וּמְרוּבִּים צָרְכֵיהֶם׃ וְאֵין לְאֵל יָדִי וּמָתַי
אֶעֱשֶׂה גַם אָנֹכִי לְבֵיתִי כִּי אֵין לִי מָנוֹס כִּי כָשַׁל עוֹזֵר
וְנָפַל עָזוּר׃ לָכֵן אָשִׂים נַפְשִׁי בְכַפִּי כְּמוֹ שֶׁאָמְרוּ
חֲכָמֵינוּ ז״ל פְּשׁוֹט נְבֵלְתָא בְּשׁוּקָא׃ וְאַל תֵּאמַר כַּהֲנָא
אֲנָא גַבְרָא רַבָּא אֲנָא כִּי לֹא תֵדַע מַה יֵלֶד יוֹם׃

גַּב הַכְּתָב

אֵין חֵקֶר לְחָכְמָתוֹ׃ אֶל אַפְסֵי אֶרֶץ שְׁמוּעָתוֹ
הַגִּבּוֹר הַמְּרוֹמָם׃

XXVII

Iraſcitur amico, quòd ſeveriùs ab eo reprehenſus ſit: relicta ſtudia excuſat.

Sciebam utiq; te ſapientem eſſe, ac tecum mortuam ſapientiam. Sed ſis qui es: ego minimè opus habeo tuo dominio aut objurgatione tua. Quis enim te conſtituit principem vel judicem aut virum dominantem ſuper me? Accipe bonitatem tuam & projice eam in ſpinas: namq; & mihi animus eſt ſicut tibi, & quid tu neſti, quod ego non ſciam? Juſtifica teipſum, poſtea juſtificato alios. Quod ſi reliqui ſtudia, feciq; quod non decebat, in meum ſinum id redibit, & futurũ eſt, ut de eo ego rationem redditurus ſim. Tua verò quæ eſt præſtantia? omnia corda perquirit Deus: tam minu-

ens quàm magnificans se, æquales sunt coram eo, modo cor ad Deum dirigat. Ne igitur judices socium tuum, donec ad ejus conditionem perveneris. Nam etiamsi te ipsum nunc ad principatum effers, ecce videbis, quod ad ea pertinges tempora, quibus dices: Non est mihi in istis delectatio. Penes te quidem stat sententia, non esse mihi laborandum pro vita temporali, quòd opineris me thesauros absconditos habere, quos reliquerint mihi Majores mei. Equidem scio te mihi fidem non habere: nam sanus non facilè credit dolori ægrotantis. At apertum & manifestum est corã illo, qui dixit: Et existat mundus: quòd si ullo modo possibile fuisset aliter fieri, non fecissem hanc rem. Nam armentum cum grege lactente incumbunt mihi, & multiplex est necessitas ipsorum. Ego verò nihil in meis manibus habeo: ecquando ergo & ego rem facturus essem pro domo mea? Nullum enim mihi est refugium: corruit adjutor, cecidit adjutus. Exposui itaq; vitam meam in manu mea, juxta id quod dixerunt Sapientes nostri, faustæ memoriæ: Vel in foro excoriato cadaver tuum, &c. Ne dicas, Sacerdos ego sum, Magnificus sum. Nescis enim quid paritura sit dies.

Inscriptio.

Prudentissimo ac celeberrimo viro N.

NOTAE.

Tecum morit. Sic apud Jobum: אמנם אתם עם ועמכם תמות חכמה Scilicet vos estis populus, & vobiscum moritura est sapientia, Job. 12. 2.

Sed

Sed sis. Heb. Sit tibi quod tibi eſt, ex Gen. 33.9.

Dominio. שְׂרָרוּת Dominium, Dominatio, ab Hebræo שָׂרַר, Dominium vel Principatum gerere.

Quis conſtituit te. Ex Exodi 2.14.

Accipe bonitatem. In alios bonitatem tuam exerceas, non in me. Spinas in me reformando tractas: fruſtra ſaboras. Proverbialis ſententia eſt Talmudicis uſurpata in Bava Kama cap. 7. in fine.

Namq; & mihi. Ex Job. 12.3.

Quid tu noſti. Ex Job. 15.9. & 13.2.

Juſtifica te ipſum. Proverbialis ſententia, quâ docetur ut quis ſe ipſum prius culpâ liberet, antequam culpet alios. Turpe enim doctori cùm culpa redarguit ipſum. קֹשֶׁט Juſtificare, Verificare, Ornare. Hinc alii reddunt, Orna teipſum. Legitur in Sanhed. fol. 18, in principio Gemaræ cap. 2. ſed abſq; ו, unde ex Pihel quidam notant קַשֵּׁט. Vide Adagia Hebraica Druſii.

Quod non decebat. Heb. Rem quæ non ſecundum decentiam. הוֹגֶן Decentia, Decus: הָגוּן Decens, Conveniens, Aptum.

Redibit in ſinum. Mihi pœnæ luendæ erunt: ex Pſal. 35.13.

Futurum eſt. Heb. Futurus ſum ego dare, id eſt, Daturus ſum. De עָתִיד alibi dictum. לִיתֵּן Infinitivus Rabbinicus pro לָתֵת, à נָתַן.

Præſtantia. טִיבָה, טִיב Bonitas, aliâs טוֹב, טוֹבָה.

Omnia corda. 1. Par. 28.9.

Tam minuens. Tam minimus quàm maximus.

Dirigat. יכוין Futurū Pihel, cujus generis verba sic notare solent cum ׳ in ultima syllaba ad indicandum Tzere. Thema כון.

Ad Deum. Ad cælum. שָׁמַיִם frequenter apud Rabbinos pro Deo, cælos inhabitante, sumitur.

Ne judices socium. Sententia Rabbinica trita.

Donec ad. Donec & tibi similis fortuna aliquando contigerit. Nam dives non bene judicat de paupere, si nunquam & ipse paupertatem sit expertus. Sic sanus de ægroto, &c.

Ad principatum. Principis modo agis in me reprehendendo. רבנות Rabbinatus, Doctoratus, summus honoris gradus ex literis.

Non est mihi. Ex Eccles. 12.1.

Penes te. Heb. Judicium tecum est.

Pro vita temporali. Vide epistolam præcedentē.

Quòd opineris. סְבַר Chald. Cogitare, Putare, Opinari, Existimare: וְיִסְבַּר Et cogitabit, Dan. 7. v. 25: סָבוּר אֲנִי Opinor ego, סָבוּר אַתָּה Opinaris tu. Participium Pahul sive præteritum, usum habet præsentis סוֹבֵר. Nomen סְבָרָא Opinio.

Thesauros abscon. Heb. Thesauros absconditarum rerum.

Sanus. In fine Thesauri nostri Grammatici hoc dictum explicatum est in Modo legendi Rabbinico.

Coram illo. Periphrasis Dei creatoris.

Ullo modo. Heb. In ullo latere. שום Aliquis, Ullus, Aliquid.

Armen-

Armentum cum grege. Familiæ amplæ alendæ cura incumbit mihi, ex Gen. 35. v. 13. Hæc non juvenis, ſed patris familiâs excuſatio eſt.

Multiplex. Hebr. Multæ ſunt neceſsitates ipſorum.

Ego verò. Heb. Et nihil eſt in facultate manus meæ. Alibi locutio explicata.

Rem facturus. Vide Gen. 30. 30.

Corruit adjutor. Ex Jeſa. 31. 3.

Exponam vitam. Extremum periculum ſubibo: vide Jud. 12. 3. 1. Sam. 19. 5, & alibi.

Excoriato cadaver. Sententia Talmudica imperfecta, quæ plenè legitur his verbis: פְּשׁוֹט נְבֵילְתָּא בְּשׁוּקָא וְשְׁקוֹל אַגְרָא id eſt, *Excoriato cadaver in foro, & accipito mercedem*, Peſachim fol. 113. 1. Pro פשוט alibi eſt נְטוֹשׁ quod idem valet, Bava bath, fol. 110. 1. Docere voluerunt, quosvis labores, etiam graves ac ſordidos vel publicè potius æqui lucri cauſâ ſubeundos eſſe, quàm ut quis mendicet aut hominum opem imploret.

Ne dicas. Similiter Talmudica eſt ſententia, quæ ad præcedentem ſententiam in Peſachim legitur: וְלָא תֵימָא כַּהֲנָא אֲנָא וְגַבְרָא רַבָּא אֲנָא וְסַגְיָא בִּי מִילְּתָא Ne dicas: Princeps ſum, vir magnificus ſum, Ampla mihi res eſt. Verba ſuperbi ſunt, ſibi de magnis honoribus & amplis divitiis, qua ſi per ſomnum ſuaviter placentis ac ſtolidè eſſerentis: כֹּהֵן ſive כַּהֲנָא non ſemper ſacerdotem ſignificat, ut in Lexico noſtro videre eſt.

Neſcis quid par. Ex Prov. 27. 1.

Inscriptio.

Prudentiss. Cujus sapientiæ nulla est investigatio, cujusq; fama ad extremos fines terræ diffusa, viro excellentissimo N.

כח

לְקוֹנֵן וְלִבְכּוֹת עַל יָמִים קַדְמוֹנִיּוֹת וְהֵשֶׁק הָאַהֲבָה בָּרִאשׁוֹנָה בְּעֵסֶק הַלִּמּוּד׃

מִי יִתְּנֵנִי כְּיַרְחֵי קֶדֶם בְּשֶׁבֶת תַּחְכְּמוֹנִי עִמְּךָ גִּבּוֹר הֶחָיִל יַצִּיבֵנִי בְּאָהֳלֵי תְעוּדָה כְּיָמִים קַדְמוֹנִיּוֹת בְּשִׁבְתֵּינוּ יַחְדָּו עַל עֵסֶק הַלִּמּוּד וְהָעִיּוּן אָז מָצָאתִי אוֹן לִי׃ כִּי הִנְנִי הַיּוֹם גְּבִירִי מְסֻכָּךְ בְּסִבְכֵי הָעֲסָקִים אֲשֶׁר הִטְרִידוּנִי וַאֲשֶׁר לֹא תִרְגַּלְתִּי קָחָם עַל זְרוֹעוֹתַי׃ כִּי טוֹב לִי אָז מֵעַתָּה׃ וּמִי יְנַחֲמֵנִי אֲדוֹנִי מֵעִצְּבוֹן הַטְּרָחוֹת הָאֵלֶּה אֲשֶׁר הֶחֱלַפְתִּי בֵּין טוֹב לָרָע לָלֶכֶת אַחֲרֵי הַזְּמָן וְקִנְיָנָיו בַּעֲלֵי תְמוּרוֹת׃ וּלְפָנִים שֶׁקָּדַנוּ יַחַד עַל מְזוּזוֹת פִּתְחֵי הָעִיּוּן לָלֶדֶת וּמָצָאנוּ מַרְגּוֹעַ׃ יָקוּם נָא אִישׁ וְיוֹשִׁיעֵנִי יָבֹא נָא אֵלַי וַאֲבָרְכֵהוּ גַּם בָּרוּךְ יִהְיֶה׃ עַל כֵּן רוֹזְנִי עוּרָה אֵלַי בְּרוּחַ שְׂפָתֶיךָ וְשַׂמַּח נֶפֶשׁ עַבְדְּךָ וְאֵלֶיךָ אֲדוֹנִי נַפְשִׁי אֶשָּׂא׃

נב

גַּב הַכְּתָב

בְּרוּחַ שְׂפָתָיו יְחִיֶּה אִישׁ׳ וְאוֹתוֹ לֹא יָבֹאִישׁ׳ הַנֶּהְדָּר בְּהֶדֶר כו׳ :

XXVIII

Dolet quis ob relicta literarum ſtudia, & ſuſceptam negotiationem.

Quis det me eſſe ut temporibus priſcis, cùm ſubſellia docentium tecum occuparem, amice præſtantiſſime? quis collocabit me in tabernaculis doctrinæ ut diebus antiquis, cùm inſiſteremus pariter literarum ſtudiis, tunc reperirem robur mihi? Nunc verò, mi amice, en me intricatum perplexis negotiis, quæ me aſſiduè diſtinent, quave nõ aſſuevi ſuſcipere brachiis meis, unde melius mihi tunc erat quàm nunc. Quis conſolabitur me, mi domine, de dolore fatigationum harum, quibus commutavi bonum in malum, ſequendo temporalia hæc crebris mutationibus obnoxia? Antea autem vigilabamus unà ad limina portarum doctrinæ etiam noctu, & invenimus requiem animabus noſtris. Exſurgat nunc aliquis & ſervet me, veniat ad me & benedicam ipſi, immò benedictus erit. Quare, mi amice, vigil eſto erga me ſpiritu labiorum tuorum, & exhilara animam ſervi tui, quia ad te, mi domine, animam meam attollo, &c.

Inſcriptio.

Viro humaniſſimo, &c.

NOTAE.

Quis det me. Utinam essem: locutio trita.

Cum subsellia. Heb. In sede docentis tecum, id est, cum residerem unà tecum ad pedes Doctoris: De תַּחְכְּמֹנִי vide epist. 19.

In habit. doctrinæ. In scholis vel Academiis. תעודה Testimonium, ab הֵעִיד Testari, originis עוד. Inde pro Lege sive Doctrina verbi Dei, Jesa. 8. ver. 16. 20, & generalius pro Doctrina quālibet sumitur.

Ut diebus ant. Vide epist. 32.

Cùm insisteremus Heb. Cùm insideremus simul negotio doctrinæ & contemplationis. Alibi vocabula Hebraica explicata sunt.

Tunc reperirem. Animo benè cōposito & confirmato essem.

Perplexis negotiis. Heb. In perplexitatib. negotiorum. Negotiatio aut mercatura intelligitur.

Quæ me assiduè-dist. הִטְרִיד Defatigare, Jugiter detinere & assiduis molestiis & laboribus onerare. טָרוּד Occupatus, Detentus, Districtus negotiis, ut & alibi explicatum.

Quæve non assuevi. הִרְגַּלְתִּי pro הִרְגַּלְתִּי, Vide Thes. Gramm. nostrum lib. 1. cap. 15, ad Præter. Hiphil.

Suscipere brachiis meis. Tractare aut ferre, קָחֵם hîc irregulariter sumitur, ut Infinitivus contractus pro קַחְתָּם. Alioqui præteritum est, & legitur Hoseæ 11. 3, unde hæc locutio petita est.

Melius

Melius mihi tunc. Ex Hoſe.2.ver.7.

Quis conſolabitur me. Quis levamen efferet aut ſolatio in tantis moleſtiis erit? Sic, זה ינחמנו ממעשׂנו ומעצבון ידינו Iſte conſolabitur nos de labore noſtro & de dolore manuum noſtrarum, Gen.5.29.

Quibus commutavi. Heb. Quibus permutationem feci inter bonum & malum, jucundam ſcil. literarum tractationem, commutando in laborioſam & pericoloſam negotiationem.

Sequendo temporalia. Heb. Eundo poſt tempus & poſſeſsiones ejus.

Crebris mutat. Heb. Domini mutationum, id eſt, mutabilia, ut Dominus pili, id eſt, piloſus, 2.Reg.1.8: Dominus excandeſcentiæ, id eſt, iracundus, Excandeſcens, Prov.29.22, & quæ ſunt ſimilia plurima.

Vigil eſto erga me. Alacriter ac promptè me literis tuis recreato. עורה אלי Evigila ad me, Pſal.7.v.7.

Exhilara animam. Verſus eſt quartus Pſal.86.

Inſcriptio.

Amico ornatiſſimo qui ſpiritu labiorum ſuorum recreabit virum, & me non faciet fætere, id eſt, repudiabit, &c.

כט

לְהָשִׁיב מַעֲנֶה וְתַרְעוּמָה עַל אִישׁ רָכִיל מוֹצִיא דִבָּה·

מַהֵר יְקַדְּמוּנִי פָּנֶיךָ מְנֻוֶּה צִדְקְךָ אִם זַךְ וְיָשָׁר
אַתָּה לְהוֹדִיעֵנִי עַל מַה תְּרִיבֵנִי כִּי תִפְעַר
פִּיךָ לִבְלִי חוֹק· עַל עַבְדְּךָ תְּדַבֵּר הַוּוֹת· וּבְאִישׁ
שְׁלוֹמְךָ תִּתֵּן דּוֹפִי׃ מֶה עָשִׂיתִי לְךָ וּמָה הֶלְאֵיתִיךָ
כִּי בָאתָ לְהִלָּחֵם אִתִּי בְּרוּחַ כְּזָבֶיךָ לָדוּשׁ הֲדָרֵי
תִפְאַרְתִּי בְּדוֹפִי הַמְצָאוֹתֶיךָ בֵּין הָעוֹמְדִים הֲהֵמָּה
לָתֵת כְּבוֹדִי לִכְלִמָּה עַל לֹא חָמָס בְּכַפָּי· הִכָּבֵד
וְשֵׁב בְּבֵיתֶךָ וְאַל תַּשְׁמִיעַ בַּחוּץ קוֹלֶךָ׃ כִּי הֲלֹא
הוּא כָמוּס עִמָּדִי לְהַלְבִּין פָּנֶיךָ בֶּאֱמֶת וּבְתָמִים כִּי כָל
שׁוֹמְעָיו תְּצַלֶּינָה אָזְנָיו מִשְּׁמוֹעַ׃

גַּב הַכְּתָב

לְשׁוֹנוֹ תַּצְמִיד מִרְמָה· אָדָם לַהֶבֶל דָּמָה כְּאִ״ר פְּלוֹנִי·

XXIX.

Reſponſio objurgatoria ad obtrectatorem & diffamatorem.

Q*Uin proripis te ex habitaculo juſto tuo, ſi probus & rectus es, ut oſtendas mihi quid cauſæ ſit*

ſit quòd mecum diſceptes, quòd diſtendis immodicè contra me os tuum, contra ſervum tuum eloqueris prava, contra amicum placidum tuum edis infamiam? Quid commiſi in te, aut quo tibi unquam moleſtus fui, quòd venis ad pugnandum mecum ſpiritu mendaciorum tuorum, ad triturandum montes decoris mei convitiis detractionum tuarum, ad redigendam gloriam meam in ignominiam, nulla exiſtente culpa in manibus meis? Gloriator, ſed reſide domi tuæ: ne perſtrepas foris voce tua. Nam certè apud me hoc manebit reconditum, ut rurſus palleſcere faciam vultum tuum verè & rectiſſimè, ita ut quicunque audituri ſunt, eis tinniant aures, &c.

Inſcriptio.

Homini qui linguâ ſuâ concinnat dolos, qui vanitati ſimillimus eſt, N.

NOTAE.

Quin proripis te. Heb. Feſtinanter præveniant me facies tuæ. Accelera ſi audes & probus es, prodire in conſpectum meum, ut publicè cauſas exponas, quare mecum litiges, mihiq; ignominiæ notam inurere cupias. Imitatio eſt ſermonis Davidici, quo dicitur: מהר יקדמונו רחמיך Citò præveniant nos miſerationes tuæ, Pſal. 79.8, id eſt, propera erga nos uti miſericordiâ tuâ.

Ex hab. juſto tuo. Heb. Ex habitaculo juſtitiæ tuæ. Prodi qui alios injuſtitiæ arguens, ſolus Juſtitiæ ſedem occupare tibi videris. Propheta

Jeremias aliquando Hierosolymam appellavit נְוֵה צֶדֶק Habitaculum Justitiæ Jere.31.23. & 50.7.

Si probus. זך Purus, ex Job.8.6.

Ut ostendas mihi. Sic, הודיעני למה תריבני Notum fac mihi, quam ob rem contendas mecum, Job.10.v.2.

Distendis os tuum. Immodicas calumnias in me effundis. Jesaias de sepulchro dixit, פערה פיה לבלי חק Distendit os suum ad non modum, id est, immodicè, in immensum, Jesa.5.14.

Amicum placidum. In virum pacis tuæ, qui scilicet pacem & concordiam tecum colebat, qui placidè tecum vivebat: vide Psal.41.10.

Edis infamiam. Sic תשב באחיך תדבר בבן אמך תתן דפי Sedens fratri tuo obloqueris, in filium matris tuæ edis infamiam, Psal.50.20.

Quid commisi. Ex Mich 6.3.

Quod venis ad pug. Sic, מה לי ולך כי באת אלי להלחם בארצי Quid mihi tecum est negotii, quòd venis ad me, ut oppugnes terram meam? Jud.11.v.12.

Spiritu mendaciorum. Mendaciis & calumniis.

Ad triturandum. Ad pessundandum decus meum, ad conculcandum honorem meum. Hyperbolicè dicit Montes honoris, pro immoto, qui nullius calumniis cedit. Respicit, ut puto, ad id quod in Jesaia dicitur, תדוש הרים Triturabis montes, Jesa.41.15.

Detractionum. מוצאות Eductiones, Productiones; Infamiæ; Contumeliæ quæ in publicum pro-

profunduntur. Aliâs hoc vocabulum etiam significat Excrementa & excrementorum loca.

Ad redig. gloriam. Ex Psal. 4.3.

Nulla culpa. Citra omnem culpam meam ex 1.Par.12.17.

Gloriator. Gloriam tuam tibi serva inter privatos parietes tuos, non est quod eam jactes per aliorum diffamationem: ex 2.Reg.14.10.

Neperstrepas. Ne foris te jactes, invenies qui te deprimat: vide Jesa.42.2.

Reconditum apud me. Plenius in Mose legitur, הלוא הוא כמוס עמדי חתום באוצרותי Nónne hoc reconditum apud me, & obsignatum in thesauris meis, Deut.32.34.

Pallescere faciam. Ut vicissim te pudore confundam, publicè te traducam & te meritâ ignominiâ afficiam. Sic verbo הַלְבִּין Rabbini utuntur, pro Publicè confundere, Facere ut quis præ pudore pallescat & quasi Albescat, quomodo in Scriptura sumitur.

Verè & rectissimè. Hebr. In veritate & integritatibus, id est, veris de causis te confundam, non falsò, ut tu me.

Et tinniant aures. Vide Jere.19.3. 2.Reg.21.12.

Inscriptio.

Qui linguâ suâ. Fraudulento, doloso viro: vide Psal.50.20.

Vanitati simul. Vanissimo: ex Psal.144.4.

ל

הַמְבַקֵּשׁ מֵחֲבֵרוֹ שֶׁיִּמְחוֹל לוֹ

הִנֵּה מַה אוֹמַר וּמַה אֲדַבֵּר כִּי לְךָ הַצְּדָקָה וְלִי
בּוֹשֶׁת הַפָּנִים כִּי הָאֱלֹהִים מָצָא עֲוֹן עַבְדְּךָ
וְהִנְנִי לְפָנֶיךָ בְּאַשְׁמָה רַבָּה וְחָטָאתִי לַיי׳ וּלְךָ הִסְכַּלְתִּי
עֲשׂה כִּי הַנָּחָשׁ מִשּׁוֹרֶשׁ צִפְעוֹן הִשִּׁיאַנִי וָאֶשְׁמַעְתִּי
בְּקוֹלוֹ׳ וְהִנְנִי בָּאתִי כְּמוֹדֶה וְעוֹזֵב׳ וַאֲסַלֶּדְךָ בְּמִלָּתִי
שֶׁתִּמְחוֹל לִי עַל מֶרֶד פִּשְׁעִי׳ כִּי אַחֲרֵי שׁוּבִי נִחַמְתִּי
וְנִתְחַרַטְתִּי בַּחֲרָטָה נִמוֹרָה בְּשׁוֹרֶשׁ עִקַּר לְבָבִי׃
לָכֵן אַל יָשׁוּב דַּךְ נִכְלָם וּמְחוֹל חֵטְא אוֹהֲבְךָ׳ כִּי
מַעֲשֵׂה יָדַי כְּמִקְרֵה הַכְּסִיל כֵּן קָרַנִי אֲשֶׁר לֹא זָכַרְתִּי
אַחֲרִיתָהּ׃ וְאָנָּא רַב חֶסֶד שָׂא נָא לְפֶשַׁע עַבְדְּךָ כִּי
לֹא נָאֲוָה לְמוֹחֵל לִהְיוֹת אַכְזָרִי וְתַעֲנֶה וְתֹאמַר
סָלַחְתִּי׳ וּבְזֶה אֵדַע שֶׁמָּצָא עַבְדְּךָ חֵן בְּעֵינֶיךָ כִּי יָשִׁיב
הַמֶּלֶךְ אֶת נִדְּחוֹ׳ וּבְכֵן צִדְקָתְךָ עוֹמֶדֶת לָעַד׃

גַּב הַכְּתָב

חָסִיד וְחַנּוּן מְאֹד׳ לְבוּשׁוֹ הָדָר וְהוֹד׳ · אֲדוֹנִי
הַמְּפוֹאָר׳

Igno-

XXX.

Ignosci sibi petit ab omico, ab delictum aliquod commissum.

Ecce quid dicam aut quid loquar? tibi (convenit) *justitia, mihi autem pudor faciei. Nam Deus deprehendit iniquitatem servi tui, & coram te sum in reatu magno: peccavi* DOMINO *& coram te stultè egi. Serpens de radice reguli seduxit me, & auscultavi voci ejus. Venio autem nunc tanquam confitens & desistens, rogans te his literis, ut ignoscas mihi de defectione & prævaricatione mea. Nam postquam reversus fui pœnituit me, egiq; pœnitentiam perfectissimè ex intimo corde meo. Ne itaq; redeat, qui attritus est, ignominiâ confusus, sed propitius esto peccato amici tui. Factum enim manuum mearum sicut accidens stulti, sic accidit mihi, cujus finem non consideravi. Obsecro te, qui multa benignitatis es, aufer nunc prævaricationem servi tui. Non enim convenit, ut qui remittit, sit crudelis. Imò respondens dicito: Remisi. In hoc cognoscam quod invenit gratiam servus tuus in oculis tuis, cùm restituerit rex expulsum suum, atque ita justitia tua perstabit in seculum.*

Inscriptio.

Benignissimo ac humanissimo viro.

NOTAE.

Quid dicam. Sic Jehuda: מה נאמר לאדני מה נדבר

ומה נצטדק Quid loquemur domino, quid dicemus, aut quo nos justificabimus? Gen.44.16.

Tibi justitia. Tu justus es, justeq; me monuisti: ego iniquè egi, ideoq; me pudore confundi æquum est: ex Dan.9.7.

Deprehendit iniq. Ex Gen.44.16.

In reatu magno. Sic, מימי אבותינו אנחנו באשמה גדולה A diebus patrum nostrorum nos sumus in reatu magno, Esræ 9.7.

Stultè egi. Heb. Stultè egi faciendo. Sic, עתה הסכלת עשו Nunc stultitiam perpetrasti (sic) agendo, Gen.31.28. Huc accõmodari & illud potest, הסכלתי ואשגה הרבה מאד Stultè egi & erravi quamplurimum, 1.Sam.26.21.

De radice reguli. De progenie reguli serpentis perniciosissimi.

Seduxit me. Imitatio locutionis ex Gen.3.14.

Confitens & des. Tanquam pœnitens, qui confitetur peccatum suum & ab eo desistit. Respicit ad illud Salomonis: מכסה פשעיו לא יצליח ומודה ועזב ירוחם Qui tegit iniquitates suas, non prosperatur; at confitens & relinquens, misericordiam consequetur, Prov.28.13.

Rogans te. סלד *Rogare, Suppliciter orare*, apud Rabbinos quandoque significat. Legitur semel Job.6.10, ubi Rabbi Anschel hac significatione illud accipit, alii verò interpretes aliter.

His literis. Heb. Hoc verbo vel sermone meo.

Ut ignoscas. מָחַל Cõdonare, Remittere; מְחִילָה Condonatio, Remissio, Indulgentia: מָחְלָן Propitius,

pitius, facilè condonans. Frequens verbum in precibus Judæorum.

Egiq́ue pœnit. Hebr. Pœnitentiâ-ductus fui per pœnitentiam perfectam. חָרַט Pœnitere, idem quod Hebr. נִחַם: inde נִתְחָרֵט Pœnitentiâ duci, Resipiscere: חֲרָטָה Pœnitentia, Resipiscentia, apud Rab. Verbum præterquam in Nithpahel non puto usurpari.

Ex intimo corde meo. Heb. Ex radice fundamenti cordis mei.

Ne redeat. Ex Psal. 74.21.

Factum manuum mearum. Delictum meum.

Sicut accidens stulti. Stultè & inconsideratè egi: Locutio ex Eccles. 2.15.

Non convenit. נָאֶה Pulchrum, Decorum, Decens, Conveniens esse, Rabb.

Rex. Tu dominus meus.

Expulsum suum. Me ob delictum meum à te rejectum. Locutio ex 2. Sam. 14.13.

Inscriptio.

Benignissimo. Hebr. Benigno & gratioso valde, cujus vestimentum est decus & gloria, honorato N.

לא

לִשְׁאוֹל מְחִילָה עַל עָוֹל פָּעַל עִם קְרוֹבוֹ:

אֲהָהּ אֲדוֹנִי אִישׁ הָאֱלֹהִים תְּנָה עוֹז לְעַבְדְּךָ

כִּי יְדַבֵּר דָּבָר בְּאָזְנֶיךָ׃ שָׁמוֹעַ תִּשְׁמַע צַעֲקָתוֹ׃ אַל תָּשֶׁת עָלַי חַטָּאת בַּאֲשֶׁר עָבַרְתִּי חֹק הַמּוּסָר אִתְּךָ׃ כִּי בְתָם־לְבָבִי וּבְבֹרוּר כַּפַּי נָטִיתִי בָּאֵלֶּה׃ וַאֲדוֹנִי יוֹדֵעַ אֶת כָּל יְלִידֵי מַחְשְׁבוֹתַי יְשָׁרִים וְטוֹבִים אִתְּךָ וְאַהֲבַת עוֹלָם אֲהַבְתִּיךָ׃ וְאֵיךְ יַחְשׁוֹב אֲדוֹנִי כִּי אֶלְבַּשׁ בְּזָדוֹן בְּגָדִים צוֹאִים לְקַלְקֵל אַהֲבָתִי אוֹתְךָ וּלְהָסִיר רְדִיד הַיּוֹשֶׁר מֵעָלַי׃ לֹא יֹאבֶה יְיָ סְלוֹחַ לִי אִם בְּמֶרֶד נַעֲשְׂתָה זֹאת רַק כִּשְׁגָגָה הַיּוֹצֵאת מִבְּלִי דַעַת׃ וְאַתָּה כְּרַחוּם תְּכַפֶּרְנָּה וְתְחִי נַפְשִׁי לְפָנֶיךָ כִּי אֲדוֹנִי וּקְרוֹבִי אַתָּה׃

גַּב הַכְּתָב

פּוֹנֶה לִשּׁוּעַת מְשַׁחֲרָיו׃ לְנַקּוֹתוֹ מִפֶּשַׁע רָב׃ ה״ה אֲדוֹנִי כמ״ר פְּלוֹנִי׃

XXXI

Petitur delicti cujusdam in amicum venia.

AH mi domine, vir Dei, concede facultatem servo tuo, ut loquatur aliquid in auribus tuis: audiendo audias clamorem ejus. Ne conferas in me culpam, quod tecum modestiæ limitem transgressus sum: nam ex animi integritate puritateq; manuum mearum ad ista adductus sum. Novisti quippe domine mi, omnia meorum

rum

rum cogitatuum effecta tecum optima rectißimaq́ esse, meq́ perpetuo amore te semper prosecutum fuisse. Quomodo ergo existimabit dominus meus, quasi indutus superbiæ vestibus sordidis, disturbare cupiverim amorem meum erga te, aut rectitudinis velum à me removere? Ne velit Deus mihi propitius esse, si ex contumacia hoc factum est, & non potius per errorem imprudentem. Tu verò, ut vir humanißimus, expiabis illud, ut reviviscat anima mea coram te. Dominus enim meus & propinquus meus es, &c.

Inscriptio.

Viro qui respicit clamorem deprecantium, qui mundat à transgreßione multa, &c.

NOTAE.

Ah mi Domine. Sic, אהה אדני יהוה Ah Domine Deus, Jud.6.22.

Vir Dei. Vir excellentissime, præstantissime, ut sępè nomē Dei sumitur pro eo, quod Latini dicunt Divinum, id est, in suo genere summum. Sic Moses vocatur vir Dei, Jos.14.6. Vide Syntaxin nostram cap.3.

Facultatem. Heb. Robur.

Ut loquatur aliquid. Heb. Ad loquendum verbum. Sic בי אדני ידבר נא עבדך דבר באזני אדני ואל יחר אפך Quæso domine, loquatur nunc servus tuus verbum in auribus domini mei, neque accendatur ira tua, Gen.44.18, id est, quæsò domine, liceat mihi pauca coram te loqui bona tua cum venia.

כט

לְהָשִׁיב מַעֲנֶה וְתַרְעוּמָה עַל אִישׁ רָכִיל מוֹצִיא דִבָּה׃

מַהֵר יְקַדְּמוּנִי פָּנֶיךָ מְנַוֶּה צִדְקֶךָ אִם זַךְ וְיָשָׁר אַתָּה לְהוֹדִיעֵנִי עַל מַה תְּרִיבֵנִי כִּי תִפְעַר פִּיךָ לִבְלִי חוֹק׃ עַל עַבְדְּךָ תְּדַבֵּר הַוּוֹת׃ וּבְאִישׁ שְׁלוֹמְךָ תִּתֵּן דּוֹפִי׃ מַה עָשִׂיתִי לְךָ וּמָה הֶלְאֵיתִיךָ כִּי בָאתָ לְהִלָּחֵם אִתִּי בְּרוּחַ כְּזָבֶיךָ לָדוּשׁ הֲדַרֵי תִּפְאַרְתִּי בְּגִדּוּפֵי הַמְצָאוֹתֶיךָ בֵּין הָעוֹמְדִים הֶהֱמָה לָתֵת כְּבוֹדִי לִכְלִמָּה עַל לֹא חָמָס בְּכַפָּי׃ הַכָּבֵד וְשֵׁב בְּבֵיתֶךָ וְאַל תַּשְׁמִיעַ בָּחוּץ קוֹלֶךָ׃ כִּי הֲלֹא הוּא כָמוּס עִמָּדִי לְהַלְבִּין פָּנֶיךָ בֶּאֱמֶת וּבְתָמִים כִּי כָל שׁוֹמְעָיו תְּצִלֶּינָה אָזְנָיו מִשְּׁמוֹעַ׃

גַּב הַכְּתָב

לְשׁוֹנוֹ תַּצְמִיד מִרְמָה׃ אָדָם לַהֶבֶל דָּמָה כְּא״ר פְּלוֹנִי׃

XXIX.

Responsio objurgatoria ad obtrectatorem & diffamatorem.

Quin proripis te ex habitaculo justo tuo, si probus & rectus es, ut ostendas mihi quid causæ sit

ſit quòd mecum diſceptes, quòd diſtendis immodicè contra me os tuum, contra ſervum tuum eloqueris prava, contra amicum placidum tuum edis infamiam? Quid commiſi in te, aut quo tibi unquam moleſtus fui, quòd venis ad pugnandum mecum ſpiritu mendaciorum tuorum, ad triturandum montes decoris mei convitiis detractionum tuarum, ad redigendam gloriam meam in ignominiam, nulla exiſtente culpa in manibus meis? Gloriator, ſed reſide domi tuæ: ne perſtrepas foris voce tua. Nam certè apud me hoc manebit reconditum, ut rurſus palleſcere faciam vultum tuum verè & rectiſſimè, ita ut quicunque audituri ſunt, eis tinniant aures, &c.

Inſcriptio.

Homini qui linguâ ſuâ concinnat dolos, qui vanitati ſimillimus eſt, N.

NOTAE.

Quin proripis te. Heb. Feſtinanter præveniant me facies tuæ. Accelera ſi audes & probus es, prodire in conſpectum meum, ut publicè cauſas exponas, quare mecum litiges, mihiq; ignominiæ notam inurere cupias. Imitatio eſt ſermonis Davidici, quo dicitur: מהר יקדמונו רחמיך Citò præveniant nos miſerationes tuæ, Pſal. 79. 8, id eſt, propera erga nos uti miſericordiâ tuâ.

Ex hab. juſto tuo. Heb. Ex habitaculo juſtitiæ tuæ. Prodi qui alios injuſtitiæ arguens, ſolus Juſtitiæ ſedem occupare tibi videris. Propheta

Jeremias aliquando Hieroſolymam appellavit נְוֵה צֶדֶק Habitaculum Juſtitia Jere.31.23. & 50.7.

Si probus. זך Purus, ex Job.8.6.

Ut oſtendas mihi. Sic, הודיעני למה תריבני Notum fac mihi, quam ob rem contendas mecum, Job.10.v.2.

Diſtendis os tuum. Immodicas calumnias in me effundis. Jeſaias de ſepulchro dixit, פערה פיה לבלי חק Diſtendit os ſuum ad non modum, id eſt, immodicè, in immenſum, Jeſa.5.14.

Amicum placidum. In virum pacis tuæ, qui ſcilicet pacem & concordiam tecum colebat, qui placidè tecum vivebat: vide Pſal.41.10.

Edis infamiam. Sic תשב באחיך תדבר בבן אמך תתן דפי Sedens fratri tuo obloqueris, in filium matris tuæ edis infamiam, Pſal.50.20.

Quid commiſi. Ex Mich 6.3.

Quod venis ad pug. Sic, מה לי ולך כי באת אלי להלחם בארצי Quid mihi tecum eſt negotii, quòd venis ad me, ut oppugnes terram meam? Jud.11.v.12.

Spiritu mendaciorum. Mendaciis & calumniis.

Ad triturandum. Ad peſſundandum decus meum, ad conculcandum honorem meum. Hyperbolicè dicit Montes honoris, pro immoto, qui nullius calumniis cedit. Reſpicit, ut puto, ad id quod in Jeſaia dicitur, תדוש הרים Triturabis montes, Jeſa.41.15.

Detractionum. מוצאות Eductiones, Productiones; Infamiæ; Contumeliæ quæ in publicum pro-

profunduntur. Aliâs hoc vocabulum etiam significat Excrementa & excrementorum loca.

Ad redig. gloriam. Ex Psal.4.3.

Nulla culpa. Citra omnem culpam meam ex 1.Par.12.17.

Gloriator. Gloriam tuam tibi serva inter privatos parietes tuos, non est quod eam jactes per aliorum diffamationem: ex 2.Reg.14.10.

Ne perstrepas. Ne foris te jactes, invenies qui te deprimat: vide Jesa.42.2.

Reconditum apud me. Plenius in Mose legitur, הלוא הוא כמוס עמדי חתום באוצרותי Nónne hoc reconditum apud me, & obsignatum in thesauris meis, Deut.32.34.

Pallescere faciam. Ut vicissim te pudore confundam, publicè te traducam & te meritâ ignominiâ afficiam. Sic verbo הַלְבִּין Rabbini utuntur, pro Publicè confundere, Facere ut quis præ pudore pallescat & quasi Albescat, quomodo in Scriptura sumitur.

Verè & rectissimè. Hebr. In veritate & integritatibus, id est, veris de causis te confundam, non falsò, ut tu me.

Et tinniant aures, Vide Jere.19.3. 2.Reg.21.12.

Inscriptio.

Qui linguâ suâ. Fraudulento, doloso viro: vide Psal.50.20.

Vanitati simul. Vanissimo: ex Psal.144.4.

ל

הַמְבַקֵּשׁ מֵחֲבֵרוֹ שֶׁיִּמְחוֹל לוֹ

הִנֵּה מָה אוֹמַר וּמָה אֲדַבֵּר כִּי לְךָ הַצְּדָקָה וְלִי בּוֹשֶׁת הַפָּנִים כִּי הָאֱלֹהִים מָצָא עֲוֹן עַבְדְּךָ וְהִנְנִי לְפָנֶיךָ בְּאַשְׁמָה רַבָּה וְחָטָאתִי לַיי׳ וּלְךָ הִסְכַּלְתִּי עֲשׂה כִּי הַנָּחָשׁ מִשּׁוֹרֶשׁ צִפְעוֹן הִשִּׁיאַנִי וְשָׁמַעְתִּי בְּקוֹלוֹ· וְהִנְנִי בָאתִי כְּמוֹדֶה וְעוֹזֵב· וַאֲסַלֶּדְךָ בְּמִלָּתִי שֶׁתִּמְחוֹל לִי עַל מֶרֶד פִּשְׁעִי· כִּי אַחֲרֵי שׁוּבִי נִחַמְתִּי וְנִתְחָרַטְתִּי בַּחֲרָטָה נְמוּרָה בְּשׁוֹרֶשׁ עִקַּר לְבָבִי׃ לָכֵן אַל יָשׁוּב דַּךְ נִכְלָם וּמְחוֹל חֵטְא אוֹהַבְךָ· כִּי מַעֲשֵׂה יָדַי כְּמִקְרֵה הַכְּסִיל כֵּן קָרָנִי אֲשֶׁר לֹא זָכַרְתִּי אַחֲרִיתָהּ׃ וְאָנָּא רַב חֶסֶד שָׂא נָא לְפֶשַׁע עַבְדְּךָ כִּי לֹא נָאָה לְמוֹחֵל לִהְיוֹת אַכְזָרִי וְתַעֲנֶה וְתֹאמַר סָלַחְתִּי· וּבְזֶה אֵדַע שֶׁמָּצָא עַבְדְּךָ חֵן בְּעֵינֶיךָ כִּי יָשִׁיב הַמֶּלֶךְ אֶת נִדְּחוֹ· וּבְכֵן צִדְקָתְךָ עוֹמֶדֶת לָעַד׃

גַּב הַכְּתָב

חָסִיד וְחַנּוּן מְאֹד· לְבוּשׁוֹ הָדָר וְהוֹד· · אֲדוֹנִי הַמְפוֹאָר·

Igno-

XXX.

Ignoſci ſibi petit ab omico, ab delictum aliquod commiſſum.

Ecce quid dicam aut quid loquar? tibi (convenit) *juſtitia, mihi autem pudor faciei. Nam Deus deprehendit iniquitatem ſervi tui, & coram te ſum in reatu magno: peccavi* DOMINO *& coram te ſtultè egi. Serpens de radice reguli ſeduxit me, & auſcultavi voci ejus. Venio autem nunc tanquam confitens & deſiſtens, rogans te his literis, ut ignoſcas mihi de defectione & prævaricatione mea. Nam poſtquam reverſus fui pœnituit me, egiq; pœnitentiam perfectiſſimè ex intimo corde meo. Ne itaq; redeat, qui attritus eſt, ignominiâ confuſus, ſed propitius eſto peccato amici tui. Factum enim manuum mearum ſicut accidens ſtulti, ſic accidit mihi, cujus finem non conſideravi. Obſecro te, qui multæ benignitatis es, auſer nunc prævaricationem ſervi tui. Non enim convenit, ut qui remittit, ſit crudelis. Imò reſpondens dicito: Remiſi. In hoc cognoſcam quod invenit gratiam ſervus tuus in oculis tuis, cùm reſtituerit rex expulſum ſuum, atque ita juſtitia tua perſtabit in ſeculum.*

Inſcriptio.

Benigniſſimo ac humaniſſimo viro.

NOTAE.

Quid dicam. Sic Jehuda: מה נאמר לאדני מה נדבר

ומה נצטדק Quid loquemur domino, quid dicemus, aut quo nos iustificabimus? Gen.44.16.

Tibi justitia. Tu justus es, justeq; me monuisti: ego iniquè egi, ideoq; me pudore confundi æquum est: ex Dan.9.7.

Deprehendit iniq. Ex Gen.44.16.

In reatu magno. Sic, מימי אבותינו אנחנו באשמה גדולה A diebus patrum nostrorum nos sumus in reatu magno, Esræ 9.7.

Stultè egi. Heb. Stultè egi faciendo. Sic, עתה הסכלת עשו Nunc stultitiam perpetrasti (sic) agendo, Gen.31.28. Huc accómodari & illud potest, הסכלתי ואשגה הרבה מאד Stultè egi & erravi quamplurimum, 1.Sam.26.21.

De radice reguli. De progenie reguli serpentis perniciosissimi.

Seduxit me. Imitatio locutionis ex Gen.3.14.

Confitens & des. Tanquam pœnitens, qui confitetur peccatum suum & ab eo desistit. Respicit ad illud Salomonis: מכסה פשעיו לא יצליח ומודה ועזב ירוחם Qui tegit iniquitates suas, non prosperatur: at confitens & relinquens, misericordiam consequetur, Prov.28.13.

Rogans te. סלד *Rogare, Suppliciter orare*, apud Rabbinos quandoque significat. Legitur semel [illegible] 6.10, ubi Rabbi Anschel hac significatione [illegible]ccipit, alii verò interpretes aliter.

[illegible]*iteris.* Heb. Hoc verbo vel sermone meo.
[illegible] מחל Cōdonare, Remittere; מחילה [illegible]issio, Indulgentia: מחלן Propitius,

pitius, facilè condonans. Frequens verbum in precibus Judæorum.

Egiq; pœnit. Hebr. Pœnitentiâ-ductus fui per pœnitentiam perfectam. חָרַט Pœnitere, idem quod Hebr. נִחַם : inde נִתְחָרֵט Pœnitentiâ duci, Resipiscere: חֲרָטָה Pœnitentia, Resipiscentia, apud Rab. Verbum præterquam in Nithpahel non puto usurpari.

Ex intimo corde meo. Heb. Ex radice fundamenti cordis mei.

Ne redeat. Ex Psal. 74. 21.

Factum manuum mearum. Delictum meum.

Sicut accidens stulti. Stultè & inconsideratè egi: Locutio ex Eccles. 2. 15.

Non convenit. נָאֶה Pulchrum, Decorum, Decens, Conveniens esse, Rabb.

Rex. Tu dominus meus.

Expulsum suum. Me ob delictum meum à te rejectum. Locutio ex 2. Sam. 14. 13.

Inscriptio.

Benignissimo. Hebr. Benigno & gratioso valde, cujus vestimentum est decus & gloria, honorato N.

לא

לְשָׁאוּל בְּ[illegible] הַעַל עַם קְרוֹבוֹ:

[illegible]

כִּי יְדַבֵּר דָּבָר בְּאָזְנֶיךָ׃ שָׁמוֹעַ תִּשְׁמַע צַעֲקָתוֹ׃ אַל
תָּשֶׁת עָלַי חַטָּאת בַּאֲשֶׁר עָבַרְתִּי חֹק הַמּוּסָר אִתְּךָ׃
כִּי בְּתָם־לְבָבִי וּבְבֹרוֹר כַּפַּי נָטִיתִי בָּאֵלֶּה׃ וַאֲדוֹנִי
יוֹדֵעַ אֶת כָּל יְלִידֵי מַחְשְׁבוֹתַי יְשָׁרִים וְטוֹבִים אִתְּךָ
וְאַהֲבַת עוֹלָם אֲהַבְתִּיךָ׃ וְאֵיךְ יַחְשׁוֹב אֲדוֹנִי כִּי
אֶלְבַּשׁ בְּזָדוֹן בְּגָדִים צוֹאִים לְקַלְקֵל אַהֲבָתִי אוֹתְךָ
וּלְהָסִיר רְדִיד הַיּוֹשֶׁר מֵעָלַי׃ לֹא יוֹבֶדָה יְיָ סְלוֹחַ לִי
אִם בְּמֶרֶד נַעֲשְׂתָה זֹאת רַק כִּשְׁגָגָה הַיּוֹצֵאת מִבְּלִי
דַעַת׃ וְאַתָּה כְּרַחוּם תְּכַפְּרֶנָּה וְתְחִי נַפְשִׁי לְפָנֶיךָ כִּי
אֲדוֹנִי וּקְרוֹבִי אַתָּה׃

גַּב הַכְּתָב

פּוֹנֶה לְשׁוּעַת מְשָׁחֲרָיו׃ לְנַקּוֹתוֹ מִפֶּשַׁע רַב׳ ה״ה
אֲדוֹנִי כמ״ר פְּלוֹנִי׃

XXXI

Petitur delicti cujusdam in amicum venia.

AH mi domine, vir Dei, concede facultatem servo tuo, ut loquatur aliquid in auribus tuis: audiendo audias clamorem ejus. Ne conferas in me culpam, quod tecum modestiæ limitem transgressus sum: nam ex animi integritate puritateq; manuum mearum ad ista adductus sum. Novisti quippe domine mi, omnia meorum

rum cogitatuum effecta tecum optima rectiſſimaq́ eſſe, meq́ perpetuo amore te ſemper proſecutum fuiſſe. Quomodo ergo exiſtimabit dominus meus, quaſi indutus ſuperbia veſtibus ſordidis, diſturbare cupiverim amorem meum erga te, aut rectitudinis velum à me removere? Ne velit Deus mihi propitius eſſe, ſi ex contumacia hoc factum eſt, & non potius per errorem imprudentem. Tu verò, ut vir humaniſſimus, expiabis illud, ut reviviſcat anima mea coram te. Dominus enim meus & propinquus meus es, &c.

Inſcriptio.

Viro qui reſpicit clamorem deprecantium, qui mundat à transgreſſione multa, &c.

NOTAE.

Ah mi Domine. Sic, אהה אדני יהוה Ah Domine Deus, Jud. 6.22.

Vir Dei. Vir excellentiſſime, præſtantiſſime, ut ſępè nomę̃ Dei ſumitur pro eo, quod Latini dicunt Divinum, id eſt, in ſuo genere ſummum. Sic Moſes vocatur vir Dei, Joſ. 14.6. Vide Syntaxin noſtram cap. 3.

Facultatem. Heb. Robur.

Ut loquatur aliquid. Heb. Ad loquendum verbum. Sic בי אדני ידבר נא עבדך דבר באזני אדני ואל יחר אפך Quæſo domine, loquatur nunc ſervus tuus verbum in auribus domini mei, neque accendatur ira tua, Gen. 44.18, id eſt, quæsò domine, liceat mihi pauca coram te loqui bona tua cum venia.

Audiendo ait. Exaudi quæſo querelam vel deprecationem meam. Sic, שמוע אשמע צעקתו Audiendo audiam clamorem ejus, Exo.22.23.

Ne imponito. Heb. Ne ponas in me peccatum, id eſt, ne mihi vitio vertas, ne me culpes. Sic, בי אדני אל נא תשת עלינו חטאת אשר נואלנו Quæſo domine, ne nũc imponas nobis peccatum, quòd inconſideratè egimus. Num.12.11. Peccatum etiam eſt metonymicè Peccati pœna. Sic ſenſus erit: Ne animadvertas in me culpam inconſideratè commiſſam.

Limitem. Heb. Statutum diſciplinæ.

Puritateq́ʒ manuum. Ex nulla malitia, ſed ex ſimplicitate animi id feci, exiſtimans me integri & ſynceri viri officium feciſſe. Similis locutio in Moſe, בתם־לבבי ובנקין כפי עשיתי זאת Cum integritate cordis mei & cum mundicia manuum mearum feci iſtud, Gen.20.v.5, id eſt, ſyncero animo & intemeratis manibus.

Ad iſta adductus. Hebr. Inclinavi vel deflexi ad iſta agenda.

Cogitatuum effecta. Nihil cogito vel ago in te, niſi quod rectum eſt, & virum ſincerum decet. ילידי Generationes, Generata, Enata: metaphora à pueris natis. Sic, ילידי הזמן Eventa, Accidentia temporum, Caſus humani qui in tempore fiunt, quos tempus quaſi parit.

Meq́ʒ perpetuo amo. Ex Jeſa.31.3.

Superbiæ veſtibus. Quaſi ex arrogantia quadam aut faſtu voluerim amicitiam noſtram labefactare.

ctare. Similes metaphoræ: לבשי בגדי תפארתך ירושלים Induere vestimentis decoris tui ô Jerusalem, Jesa.52.1: וילבש בגדי נקם Et induit se veste ultionis, Jesa.59.17: לבוש בגדים צואים Indutus vestibus sordidis, Zach.3.3, q. d. excremento infectis. Nam צוֹאָה Excrementum, à יצא.

Disturbare cupiverim. Hebr. Ad dissipandum amorém meum. קִלְקֵל Dissipare, Vastare, Destruere, Dissolvere, apud Rabbinos.

Amorem meum erga te. Nomen verbale hîc regit casum Verbi sui. Vide Syntaxin nostram cap.3. Reg.3.

Rectitudinis velum Ur מעיל צדקה Pallium Justitiæ, בגדי ישע Vestes Justitiæ, Jesa.61.v.10. רדיד Carbasus, Velum, Peplum vel pallium muliebre Cant.5.7. Jesa.3.23.

Ne velit Deus. Ex Deut.29.20. De hac asseverationis forma vide Syntaxin nostram cap.21.

Si ex contumacia. Ellipticè hæc locutio legitur in libro Josuæ, אם במרד ואם במעל ביהוה Si per rebellionem aut si per prævaricationem in Dominum, scil. fecimus hoc, Jos.22.22.

Et non potius per er. Heb. Tantummodo quasi error fuit; qui egreditur absque cognitione. Respicit, nisi fallor, ad locutionem Salomonis, כשגגה שיוצא מלפני השליט, Sicut error qui procedit à conspectu imperatoris, Eccles.10.5. Pro ultima voce substitutum מבלי דעת Absq; scientia, Inscienter, Imprudenter. Id aliâs dicitur בִּבְלִי דַעַת, Job.35.16. Deut.4.42.

Ut vir human. Heb. Ut misericors.

Expiabis illud. Remittes, Condonabis.

Ut reviviscat. Ut alacri animo tecum quoque in posterum amicitiam excolere possim.

Inscriptio.

Qui respicit. Benignissimo & humaniss. viro.

לב

לשאול עצה מקרוביו ומידעיו אם שיעשה כך וכך׃

מלפנים ומימים קדמוניות הכרתי רוב אהבתך אתי כי נפלאתה מאהבת נשים׃ ועודני חי מחזיק בתמתך ולעולם בעבורך ארוץ גדור לשמוע עצתך הנשגבה אשר היית לי לעינים מיום דעתי אותך והנה היום הקרה יי׳ לנפשי לעשות כך וכך ואנוכי לא אפנה על ימין או על שמאל אם לא יסכימו אוהבי שמי כורתי בריתי׃ לכן השמיעני את קולך וארת רוח חכמתך יעירני לשמור את דרך עץ החיים ואת אשר ירזמון עיניך אשמור ומצותיך לא אסיר מני׃

גב הכתב

עצתו עצה נאמנה׃ רב פעלים ואיש תבונה׃

רוזני וידידי כמ״ר׃

Petitur

XXXII

Petitur consilium ab amicis & familiaribus, an sic vel sic agere conveniat.

IAm olim à diebus priscis cognovi amplitudinem amoris tui erga me, qui arctior fuit quàm amor muliebris. Quamdiu etiam vivam, amplectar integritatem tuam, semperq́ propter te turmam percurram, ut audire possim consilium tuum præstantissimum, quo semper mihi fuisti loco oculorum, à die quo tui notitiam habere cepi. Nunc itaq́ cum Dei nutu mihi obvenerit, ut sic vel sic agere debeam, non respiciam dextrorsum vel sinistrorsum, nisi amicorum ac confœderatorum meorum consensu. Quapropter fac ut percipiam vocem tuam, & spiritus prudentiæ tuæ excitet me, ut observem viam arboris vitæ. Quod autem designaverint oculi tui, observabo, & præcepta tua non removebo à me.

Inscriptio.

Viro cujus consilium fidele est, cujus opera multa, cujusq́ intelligentia ampla est.

NOTAE.

Jam olim. מלפנים Ab ante vel anterioribus, scil. temporibus, Inde ab antiquitate. Sic Jesa. 41. v. 26.

A diebus priscis. מימים קדמניות Discrepantia ge-

neris est inter hæc duo: antecedens enim masculinum, alterum fœmininum. Videtur author imitari voluisse Malachiam, qui dicit, כשנים קדמניות Sicut annis priscis, cap.3.4. Rectè hoc: nam שנים fœmininum. Sic Rabbini locutiones biblicas imitantes, non semper ad Grammaticam attenti sunt, ut & alibi notatum. Præstabit ergo loqui, מימים קדמנים quomodo Ezechiel locutus cap.38.17.

Qui arctior. Heb. Admirabilior, id est, major, vehementior, acrior, ex 2.Sam.1.26.

Quamdiu vivam Heb. Et adhuc me vivo, scil. existente. Sic, בעודני חי עמכם Adhuc me vivo existente vobiscum, Deut.31.27: העודם חיים An adhuc ipsi vivi sint, Exo.4.18.

Amplectar integr. Tua probitate ac fide nitar, te ut firmum & constantem amicum colam. Petita ut puto, locutio ex Jobi libro, in cujus principio legitur; ועודנו מחזיק בתמתו Et adhuc ille retinet integritatem suam, Job.2.3, id est, persistit in probitate sua.

Percurram turmam. Proverbialiter dictum, pro Arduum quodque tentabo, Extremum periculum subibo, ut te convenire possim. Eodem sensu dicitur *Transcendam murum*, ex 2.Sam.22. ver.30. Metaphora deducta ab animosis militibus, qui pugnando aciem hostilem imperterriti perrumpunt, aut in urbium occupatione muros transcendunt, quæ extrema sunt ipsorum pericula.

Præstan-

Præstantissimum. Hebr. Celsissimum, Exaltatum, hoc est, excellentissimum, quod plurimorum aliorum consilia solet superare.

Fuisti pro oculis. Oculorum vicem mihi præbuisti, Per tuam prudentiam vidi quid in rebus dubiis agendum. Locutio petita ex Num.10.31.

Dextrorsum aut sinis. Nihil tentare aggrediar. Sic ep. seq.

Nisi amicorum cons. Hebr. Nisi consenserint amatores nominis mei, id est, nisi amicorum consensum habeam, ut sic vel sic agam. הִסְכִּים Convenire, Consentire in re aliqua, apud Rabbinos: מסכים עמי Consentit mecum : הַסְכָּמָה Consensus, Convenientia.

Confœderatorum me. Hebr. Ictorum fœderis mei, ut Cicero dixit *Icere fœdus*, pro Percutere fœdus, & *Pactores societatis*, pro Consociatis, qui fœdus societatis invicem pepigerunt. Hebræi dicunt *Scindere fœdus*, & inde David, כֹּרְתֵי בְרִיתִי Scissores fœderis mei, Psal.50. v.5, id est, Amici mei, qui fœdus amicitiæ mecum icerunt sive pepigerunt.

Ut observem viam. Ut agam id, quod mihi salutare & è meo commodo est, ex Gen.3.24.

Designarint oculi tui. Quicquid vel nutu significaveris id sequar. רְמַז Chaldaicè & Rabbinicè Annuere, Innuere, Nutu indicare vel designare. רֶמֶז Indicium, Nutus.

Aut præcepta tua. Aut quicquid mihi agendum tuo consilio præceperis.

Non removebo à me. Non rejiciam, sed ratum habebo. Sic וחקותיו לא אסיר מני Et statuta ejus non amovebo à me, Psal.18.23.

Inscriptio.

Cujus consilium. Fidissimo, experientissimo, prudentissimo.

לג

בפרוש. שדי חסד על פני אנשי הבחינה והשכל לכלכם נתן יי׳ חליפות מזמות שנים ושלשה חלקים גבר׃ וארא כי חלק יי לך בבינה על פני כל אחיך עשר פעמים ליישר מעקשות למישור ומתעלומה תוציא אור׃ ויען כי הקרה יי לפני הדבר הזה כך וכך׃ (ויכתוב ענינו) אמרתי׃ אגלה אזניך השר למען תעמידני על נכון להודיעני פשר דבר׃ ואתה ארוני הדריכני באמתך ולמדני הטוב והישר בעיניך׃ כי לא אסור ימין ושמאל עד בא דברך אלי׃ ובזה אכיר עוצם אהבתך׃ וארעה ארוני כי חפצת בי׃ ומהרה חושה להודיעני מענה לשון׃ כי יבוא דברך ואכבדך׃ וחיית ורבית׃ ותקריב פקודות השלום לכל אשר אתך׃

גַּב הַכְּתָב

מִכָּל חֶמְדָּה אֲהַבְתִּיהוּ· וְעֵצָה יְבַקְשׁוּ מִפִּיהוּ הַשָּׁלֵם וְהֶחָשׁוּב כמ״ר·

XXXIII

Petitur consilium super quæsito aliquo.

Quum Deus omnipotens expanderit benignitatem super homines prudentes & intelligentes, certè vobis omnibus dedit Dominus variam solertiam, duas trésve portiones viro cuiq; Videns autem ego impertivisse Dominum tibi intelligentiam præ omnibus fratribus tuis decem vicibus, ut dirigere possis perversa in rectitudinem, & ex occultis producere lucem, ac proinde mihi Deus obvenire fecit rem hanc, talem & talem (narrabitur casus aut quæstio dubia) *dixi: Revelabo eam in auribus tuis, domine præstantissime, ut statuas me in loco firmo, mihiq; explicationem rei indices. Tu ergo, mi domine, deducito me in veritate tua, edoce me quod bonum & rectum videtur in oculis tuis: neq; enim ad dextram aut sinistram deflectam, donec perveniat ad me responsum tuum. In hoc cognoscam robur amicitiæ tuæ, experiarq; quod mihi benè velis. Appropera mihi notum reddere responsum tuum: nam adveniente verbo tuo honorabo te. Vive & vale prosperrimè, ac saluta to omnes tuos meo nomine.*

Inſcriptio.

Viro quem præ omni re deſiderabili amo, & ex cujus ore omnes conſilium petunt, authoritate præſtanti, &c.

NOTAE.

Si Deus expandit. Hebr. In expandendo. Si Deus ulli hominum prudentiam in conſiliis dandis largitus eſt, tum tibi tuiſq; fratribus abundantiſſimè eam impertivit.

Super homines prud. Heb. Super faciem hominum prudentiæ & intellectus. בְּחִינָה Probatio, Exploratio, Examinatio, Intelligentia, Prudentia, quâ aliquid expenditur & examinatur.

Omnibus vobis. Tibi tuiſq; fratribus.

Variam ſolertiam. Heb. Viciſſitudines ſive mutationes ſolertiarum, ut dicitur חליפות בגדים Viciſſitudines veſtium, id eſt, diverſæ veſtes, quæ per vices mutari poſſunt, Jud. 14. 12. Sic חליפות שמלות Mutationes veſtimentorum, Mutatoriæ veſtes, Gen. 45. 22.

Duas trésve port. Affluenter ſingulis.

Videns autem. Heb. Et vidi: וָאֵרֶא per Apocopam pro אֶרְאֶה: Vide Theſauri noſtri Gram. lib. 1. cap. 34. in Futuro Kal.

Impertiviſſe tibi. Sic, כי השה אלוה חכמה ולא חלק לה בבינה Quia deſtituit eam Deus ſapientiâ, neq; impertitus eſt ei intelligentiam, Job. 39. 20.

Decèm vicibus. Multis modis & partibus, copiâ excellentiore, longè affluentius, ut in illo:

Tenta-

Tentarunt me jam decem vicibus, Num. 14. 22, id eſt, multoties, per Synecdochen ſpeciei.

Perverſa. Pro hac voce dici etiam poſſit הֶעָקֹב Tortuoſum, ex Jeſa. 40. 4, hoc eſt, intricata dextrè explicare.

Ex occultis producere. Occulta illuſtrare. Sic, ותעלמה יוציא אור Et abſconditum prodire facit in lucem, Job. 28. 11.

Dixi. Statui mecum eam cauſam dubiam tibi exponere.

Ut ſtatuas me. Ut me dubiũ expedias, ſciamq; in quo firmiter conſiſtere poſſim.

Explicationem rei. Solutionem quæſtionis vel rei dubiæ. פֵּשֶׁר Interpretatio, Explicatio, Solutio, Enodatio: יודע פשר דבר Noſcens interpretationem rei, Eccleſ. 8. v. 1. Chaldaicè, וּפִשְׁרָא לְהוֹדָעָה לְמַלְכָּא Et interpretationem indicare regi, Dan. 5. 8.

Deducito me in veri. Vera explicatione me in rectam viam adducito, prudenti conſilio tuo me expedito, ex Pſal. 25. 5.

Ad dextram aut ſin. Nihil tentabo agere donec me tuo conſilio inſtruxeris, ex Deut. 2. 27.

Reſponſum tuum. Heb. Verbum tuum.

Quòd mihi bene velis. Quòd mihi faveas ac benè rebus meis conſultum cupias. Locutio trita.

Appropera. Heb. Citò propera. Sic, מהרה חושה אל תעמוד Properè, Feſtina, ne ſteteris, 1. Sam. 20. verſ. 38.

Reſponſum. Hebr. Reſponſum linguæ, ut in

illo: ומיחות מענה לשון: A Domino est responsum linguæ, Prov. 16. 1.

Adveniente verbo tuo. Quamprimum tuum cõsilium accepero, te ut amicum fidum laudabo & honorabo: ex Jud. 13. 17.

Salutato. Hebr. Offeres visitationes pacis, id est, salutationes.

Inscriptio.

Quem præ omni. Dilectissimo.
Ex cujus ore. Prudentissimo, consultissimo.

לד

לאיש מלמד דורש מאוהבו למצוא לו מנוח בעירו ללמד תורה להחיות נפשו׳

הנני בפרה סוררה בין אריות רבצה מיום אשר עזבתי אדמת יי ותורתו׳ ומי יתנני כירחי קדם לשמור מזוזות פתחיו באחד מאהלי ישראל מאשר תשיג ידי׃ כי אז מצאתי און לי להחיות את נפשי׳ לזאת יהמו נא גלי רחמיך עלי שתשתדל בכל עוז כיד האל הטובה עליך למצוא מנוח לכף רגלי ללמד תורת יי בעירך לפי דעתי וכל מאדי למען אמצא טרף לנפשי׃ נהגומל האמתי ישיב לך גמולך הטוב בראשך׃ וחיית ורבית אתה וביתך׃

גַּב הַכְּתָב

דְּרָכָיו דַּרְכֵי נוֹעַם׳ נְדִיב נִבְחַר מֵעָם׳ הֶחָשׁוּב אֲדוֹנִי כְּמ״ר פְּלוֹנִי׃

XXXIV

Petitur conditio docendæ Legis, vitæ ſuſtentandæ causâ.

EN meſimilem vaccæ refractariæ inter leones accubantis, ab eo die quo deſerui terram Domini & Legem ejus. Quis det, ut ſim ſicut temporibus priſcis, obſervando limina oſtiorum ejus in aliquo tabernaculorum Iſraelis, quodcunq; tandem aſſequi poßit manus mea. Sic reperirem robur mihi ad ſuſtentandam vitam meam. Ad hoc quæſo ferantur cuncti affectus tui erga me, ut des operam omnibus viribus, quantum quidem benigna Dei manus tibi largitur, ut inveniam requiem plantæ pedum meorum, ad docendum Legem Domini in urbe tua pro omni noſſe & poſſe meo, ut ſic inveniam eſcam pro vita mea. Verus autem ille retributor referat tibi beneficium tuum in caput tuum. Vive & vale tu & tota domus tua.

Inſcriptio.

Viro cujus viæ ſunt amæniſſimæ, munifico ſelecto ex populo, authoritate præſtanti.

N O T Æ.

Similem vaccæ. Quæ hîc adhibetur ſimilitudo, ex prophetis petita eſt, ſed inepta & malè argumento hujus epiſtolæ accomodata. Prius membrum apud Hoſeam cap.4.v.16.legitur, ubi Iſraelitæ comparantur juvencæ, quæ nimio paſtu ſaginata, refractaria eſſe incipit. At in hac epiſtola de penuria querela eſt, cujus levandę causâ petitur docendi munus. Alterum membrum extat apud Ezech.cap.19.ver.2, ubi mater Iſraelis comparatur leænæ inter leones recubantis. Hîc verò id accomodatur vaccæ ſive juvencæ. At quid vaccæ cum leonibus? Melius ergo, ſi ſimilitudinem vaccę retinere placet, dices ex cap.41. libri primi Moſis, הנני כפרה רקה ורעה רבצרה בין שבע שני רעב En me ſimilem vaccæ macilentæ & malæ recubantis inter ſeptem annos famis, ab eo die, &c. Vel, הנני בחסר וכפן גלמוד En me in egeſtate & fame deſertum, ex Job.30.3.

Deſerui terram Domini. Scil. Colere, hoc eſt, ex quo deſtiti excolere ſtudium Legis divinæ, ex quo nullum docendi munus obivi.

Quis det. O utinam eſſe poſſim, ſicut olim fui: utinam mihi aliqua conditio docendi verbi Dei contingat.

Sicut temporibus priſcis. Hebr. Sicut menſibus antiquitatis ſive antiquis. Sic, מי יתנני כירחי קדם כימי אלוה ישמרני O ſi quis det mihi eſſe ſicut menſibus antiquis, ſicut diebus, quibus Deus cuſtodiebat me, Job.29.2.

Observando limina. Præesse ecclesiæ vel scholis docendo verbum Dei.

Ostiorum ejus. Dei. Vide Proverb. 8.35.

In aliquo tabernaculorum. In aliqua Schola vel Ecclesia.

Robur. Subsidia, vitæ necessaria: daretur mihi stipendium aliquod aut merces ad vitam commodius sustentandam. Deprompta locutio ex Hosea, apud quem cap. 12. v. 8, legitur: אך עשרתי מצאתי און לי Utique ditatus sum, assecutus sum opes mihi.

Ad sustentandam. Heb. Ad vivificandam sive in vita conservandam animam meam.

Ad hoc quæso ferantur. Hebr. Ad hoc fremant quæsò, fluctus miserationum tuarum super me, hoc est, sicut fremunt fluctus maris sic perstrepant tui amoris & benevolentiæ intimi affectus ad me juvandum.

Ut des operam. הִשְׁתַּדֵּל Operam sedulam navare ad aliquid peragendum, Solicitum, Studiosum esse in re aliqua, sedulò conari aliquid vel Curare ut fiat. הִשְׁתַּדְּלוּת Opera, Studium, Cura, solicitudo ad aliquid efficiendum, apud Rabbinos.

Quantum benigna Dei manus. Hebr. Prout est manus Dei optima erga te. Sic, כיד אלהיו הטובה עליו Prout manus Dei ipsius optima adfuerat ei, Esr. 7. ver. 9, id est, prout divina gratia ipsi concedebat.

Ut inveniam. Ut consequar locum firmum, in quo possim subsistere & sedem figere.

Requiem. Locum requiei.

Plantæ pedum. In quo pedes mei possint consistere. Sic de columba ex arca emissa dicitur, ולא מצאה היונה מנוח לכף רגליה Et non invenit columba ista requiem plantæ pedis sui, Gen. 8.9: Item, ולא יהיה מנוח לכף רגלך Neque erit requies plantæ pedis tui, Deut. 28.65, id est, nullibi firmum subsistendi locum habebis.

Ad docendum. ללמד. Aliàs etiam dicunt לְהַרְבִּיץ Ad recubare faciendum.

Et posse meo. Pro virili, Pro omni facultate aut ex omnibus viribus meis, ut in Decalogo dicitur ובכל מאדך Et ex omnibus viribus tuis. Sic 2. Reg. 23.25.

Retributor. Deus clementissimus, qui pro sua benignitate omnia compensat.

Beneficium tuum. גְּמוּל Retributio, Meritum. Sumitur in bonum & in malum: in bonum cùm sumitur est, Beneficium, Benemeritum. Hoc sensu hîc additum est adjectivum טוֹב, cujus exemplum in Scriptura non extat. In malum est Maleficium.

In caput tuum. Sic, קַל מְהֵרָה אָשִׁיב גְּמֻלְכֶם בְּרֹאשְׁכֶם Citò velociter reddam retributionem vestram in caput vestrum, Joel. 3.4.

Inscriptio.

Cujus via. Ex Pro. 3.17.

Selecto ex populo. Vide Psal. 89.20.

לגלות

לה

לְגַלּוֹת לִידִידוֹ שֶׁהִשְׁלִים חֶשְׁקוֹ וּבַקָּשָׁתוֹ׃

רָאִיתִי הֲלִיכוֹתֶיךָ אֲדוֹנִי בְּיוֹם הִגִּיעַתְנִי אִגֶּרֶת אַהֲבָתְךָ מִתְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם בִּינוֹתִי בַחֲלָקֶיהָ שִׁיעוּר מַסְפִּיק׃ וְעַתָּה יֵאָמֵן נָא אֲדוֹנִי כִּי תֵכֶף חַשְׁתִּי וְלֹא הִתְמַהְמָהְתִּי בְּהַשְׁלָמַת חֶפְצְךָ עַל פִּי הַתּוֹרָה אֲשֶׁר צִוִּיתַנִי לֹא נָפַל דָּבָר אַרְצָה מִכָּל אֲשֶׁר דִּבֵּר אֲדוֹנִי׃ (כָּךְ וְכָךְ) וְעַתָּה יוֹסִיף נָא אֲדוֹנִי עָלַי כְּהֵנָּה וְכָהֵנָּה לַעֲשׂוֹת דָּבָר בְּעֵינֵי תִפְאַרְתְּךָ וְזֹאת נֶחָמַת נַפְשִׁי אֲמָתְךָ לִשְׁמוֹר וְלַעֲשׂוֹת אֶת כָּל אֲשֶׁר תְּצַוֵּנִי בְּכָל אֲשֶׁר תַּשִּׂיג יָדִי׃ וּמֵאִתִּי תִשָּׂא וּתְקַבֵּל שַׁי פְּקוּדוֹת שְׁלוֹמוֹתַי וְהִקְרַבְתָּ אוֹתָם נֶגֶד כָּל עַמְּךָ הַנִּכְבָּד אֲשֶׁר בְּרַגְלֶיךָ הַבְּכוֹר כִּבְכוֹרָתוֹ וֶהְיֵית בְּרָכָה בְּקֶרֶב הָאָרֶץ׃

גַּב הַכְּתָב

נְקִי הָרַעְיוֹן׃ נְצִב עֶלְיוֹן׃ בְּרוֹם חֶבְיוֹן הַמְפוֹאָר וְהַנִּשָּׂא כמ״ר פְּלוֹנִי׃

Signi-

XXXV

Significat amico, quod desiderio & petitioni ejus satisfecerit.

Vidi gressus tuos, mi amice, quo die ad me pervenit epistola tua amicissima, cujus partes his diebus sufficienter consideravi. Nunc verò credat mihi dominus meus, quod illico festinavi neq; tardavi, ut complerem desiderium tuum juxta legem, quam mihi præcepisti, neq; cecidit in terram quicquam ex eo, quod dominus mecum locutus est, (Sic & sic. Hic possunt commemorari petita & expedita.) *Quinetiam pergas velim, similia à me postulare, ut præstem aliquid gratum in oculis tuis. Etenim acceptissimum mihi futurum est observare fidem tuam, ac præstare quæ tu mihi mădaveris in omnibus, quæ sunt in facultate mea. A me verò feres & recipies nunc munus salutationum mearum, quas offeres omnibus honoratis domesticis tuis tuo imperio subjectis, primogenito juxta primogenituram suam, &c. estoq; benedictio in medio terræ.*

Inscriptio.

Syncerissimo & excellentissimo amico, &c.

NOTAE.

Vidi gressus tuos. Cognovi petitionem tuam. Ex Γavide mutuata locutio apud quem, sed alio sensu legitur. ראו הליכותיך אלהים Viderunt incessus

ce'ſus tuos ô Deus, Pſal. 68.25. *Inceſſus* pro Modo & Ratione in agendo.

Epiſtola amic. Heb. Epiſtola amorum.

His diebus. Heb. Ab heri & nudiustertius, qua locutione tempus ſuperius & præteritum ſignificatur, quod Latini dicunt per *Antea*, ut Exo. 4. v. 10. Joſuæ 3. 4: כתמל שלשום Sicut heri & nudiustertius, id eſt, ſicut anteà, Exo. 5. 7.

Sufficienter. Hebr. Menſurâ ſufficienti. שִׁיעוּר Menſura, modus, forma, æſtimatio, conjectura: כַּף הַשִּׁעוּר Caph conjecturale, id eſt, Adverbium inſeparabile כ aliquando conjecturam ſignificat, quod Latini efferunt per *Quaſi, Quodammodo, Plus-minus.* שָׁעַר Æſtimare, Pro. 23. 7. סָפַק vel שָׁפַק Sufficere, 1. Reg. 20. v. 10. Inde ex Hiphil מַסְפִּיק Sufficiens. Raro in Scriptura uſurpatum, ſed Chaldæis & Rabbinis uſitatiſſimum verbum.

Conſideravi. בִּינוֹתִי Præteritum Hiphil cum Aphæreſi characteriſticæ literæ ה, quomodo legitur Dan. 9. ver. 2. Sic רִיבוֹתָ Contendiſti, Job. 33. v. 13.

Illico. תֵּכֶף Chaldaicum & Rabbinicum, Statim, Repentè, Subitò. Sic notant cum ſex punctis, quando Rabbinicum eſt: at Chaldaicè תְּכֵיף vel תֵּכֶף. Aſſumit Præpoſitionem ב ab initio, בִּתְכֵיף Subitò, Heb. בְּפֶתַע, Num. 6. 9. Jeſa. 29. 5.

Feſtinavi & non. Ex Pſal. 119. 60.

Ut complerem. Heb. In completione.

Juxta legem. Eo modo ut petieras. Vide Deuter. 17. v. 11.

Cecidit in terram. Nihil eorũ excidit, quæ petieras: nihil irritum factum, nihil periit, nihil omiſſum vel intermiſſum eſt. Metaphora petita ab iis, quæ in terram decidunt, & aut pereunt aut negliguntur. Vide 2. Reg. 10. 10. Joſuæ 21. 45.

Pergas. Heb. Adjiciat dominus ſuper me ſecundùm hæc & ſecundùm hæc, id eſt, talia & alia, hæc & his ſimilia.

In oculis tuis. Heb. In oculis excellentiæ tuæ. Honoris verbum.

Etenim acceptiſſ. Heb. Et hoc ſolatio erit animæ meæ. David dixit: זאת נֶחָמָתִי Hoc eſt ſolatium meum, Pſal. 119. 50.

Obſervare fidem. Fidè tibi inſervire.

In omnibus quæ. Heb. In omnibus quæ aſſequi poteſt manus mea: vide Levit. 14.

Munus ſalut. mearum. Idiotiſmus Rabbinicus, quem ſermo Latinus reſpuit: שַׁי Munus, Donum: יוֹבִילוּ שַׁי Adducent munus, Pſal. 76. v. 12. פְּקִדוֹת Viſitationes: שְׁלוֹמוֹת Salutationes, apud Rabbinos, etſi in Scriptura tantùm dicatur שלומים, formâ maſculinâ. Senſus: Peto ut omnes tuos amanter à me ſalutes. Sic epiſt. 6, & 33. & 48.

Tuo imperio ſub. Hebr. Qui ſunt ſub pedibus tuis, ex Exo. 8. 11.

Primogenito. Omnes ordine, à maximo ad natu minimum, vide Gen. 43. 33.

Eſtoq; bened. Vale feliciſſimè. Mutuata locutio ex Jeſ. 19. 24. Simplicius etiã dicitur והיה ברכה

Et

Et esto benedictio, ex Gen.12.2, id est, Benè tibi esto, Vale benè.

Inscriptio.

Synceriß. Hebr. Ei qui purus est cogitationibus, constitutus in sublimi, in excelso absconditus, honorato & eximio, &c.

לו

לְגַלּוֹת לַחֲבֵרוֹ שֶׁעָשָׂה בַקָּשָׁתוֹ:

מִמִּשְׁאֲלוֹתֶיךָ לֹא סַרְתִּי וּמִבַּקָּשָׁתְךָ לֹא נָטִיתִי וְהִנֵּה עֲזָרַנִי יְיָ לְהַשְׁלִים חֶפְצְךָ בְּכָל אֲשֶׁר שָׁאֲלוּ עֵינֶיךָ׃ מִי יִתֵּן לִי כִּי תוֹסִיף לְהַרְבּוֹת עָלַי עוֹד עוֹמֶס וְשֵׁירוּת מַה לַהֲנָאָתְךָ וּלְטוֹבָתְךָ לְמַעַן תְּגֻלְגָּה עַצְמוֹתַי וְאַשְׂבִּיעַ בְּצַחְצָחוֹת נַפְשִׁי׃ כִּי תִקְרָאֵנִי כְּאֶחָד מֵעֲבָדֶיךָ׃ כְּנֶפֶשׁ חֲפֵצָה לְכָל אֲשֶׁר תִּשְׁאָלְךָ נַפְשֶׁךָ׃ עַל כֵּן אֲדוֹנִי הַיָּקָר הִנֵּנִי הִנְנִי לְיוֹם הַבָּא לִשְׁמוֹר פִּקּוּדֶךָ וְעֵדוּתֶךָ וְלִהְיוֹת לְךָ לְעֶבֶד עוֹלָם וּלְשָׁרֶתְךָ וְלַעֲשׂוֹת דָּבָר יֵיטִיב בְּעֵינֶיךָ וּלְכָל עַמְּךָ וְאַל תִּמְנָעֵנִי מִמֶּךָּ׃ וּלְכָל הַיְּקָרִים הַחֲשׁוּבִים בְּנֵי בֵיתֶךָ לְכֻלָּם אַקְרִיב שְׁלוֹמוֹת לַאֲלָמוֹת עַד בְּלִי דָי׃

גַּב הַכְּתָב

נִשָּׂא וְנַעֲלָה׳ לְשֵׁם וְלִתְהִלָּה׳ אֲדוֹנִי וּקְצִינִי כמ״ר פלוני׳

XXXVI

Ejusdem argumenti.

A Petitis tuis non recessi, & à postulato tuo non deflexi. Adjumento enim mihi Dominus fuit, ut perjecerim desiderium tuum in omnibus, quæ expetiverunt oculi tui. Utinam pergas plura mihi imponere onera, aut officii quid in tuum usum commodumq́;, ut exsultent ossa mea, saliemq́; in siccitatibus animam meam. Nam compellare debes me tanquam unum ex servis tuis, tanquam eum qui benè vult omnibus, quæ expetit animus tuus. Idcirco amice præstantissime, en me paratissimum in posterum, ut observem præcepta tua & testimonia tua, simq́; tibi servus perpetuus ad serviendum tibi & faciendum quod gratum sit in oculis tuis & tuorum, neq́; me rejicias à te. Omnibus autem charissimis & ornatissimis domesticis tuis offero salutationes meas manipulorum instar sine sufficientia, &c.

Inscriptio.

Excellentissimo, nomine & laude, viro, &c.

NOTAE.

A petitis tuis. Petitioni tuæ satisfeci. Locutio est ad formam illius, ממשפטיך לא סרתי A judiciis tuis non recessi, Psal. 119. 102.

A postulato tuo. Idem aliis verbis dicitur. Sic, מעדותיך לא נטיתי A testimoniis tuis non declinavi, Psal. 119. 157.

Ut perfecerim Sic, וכל חפצי ישלים Omnem meam voluntatem perficiet, Jesa.44.28. Vide ibid. ver.26.

Quæ expetiverunt oc כל אשר שאלו עיני לא אצלתי מהם Quicquid expetiverant oculi mei, non prohibui eis, Eccl.2.10.

Plura mihi impo. Heb. Multiplicare super me onus. עֹמֶס Onus, Nomen Rabbinicum ab עָמַס Onerare, quod in Scriptura usitatum.

Officii quid. שֵׁירוּת Ministerium, Servitium, Officium amicitiæ: Chald. שֵׁירוּתָא, à שֵׁרֵת Ministrare, unde & מְשָׁרֵת Minister. Alibi legi, וְעָלַי לְשָׁרֵת בְּשִׁפְלוּת שֵׁירוּתִי Meum est servire humiliter servitium meum, id est, officiosè tibi vicissim serviturus sum: תהי בשירותי Esto in servitio meo, hoc præsta mihi officii.

In tuum usum. הֲנָה Chaldaicè & Rabbinicè Uti, Frui, Utilitatem consequi, Prodesse: הֲנָאָה vel הֲנָאָה Utilitas, Ususfructus.

Ut exsultent. Ut gaudium capiam in iis, quæ in tuum cōmodum præstare potero. Sic, תגלנה עצמות דכית Exsultent ossa quæ contrivisti, Psal.51.10.

Satiemq; in sic. Ut satiem flagrans aut famelicum desiderium meum tibi inserviendi. Vide Jesa.58.11. Extat & epistola 16.

Compellabis me. Utêris me tanquam servo tuo, cujus est vocanti tibi obtemperare.

Quæ expetit an. Ex Deut.14.26, ubi idem aliter effertur, בכל אשר תאוה נפשך.

En me parat. Heb. Ecce me,ecce me.

In posterum. Heb. In diem venturum.

Ad observandum prac. Præstare ea quæ petiveris aut præceperis. Frequens locutio in Psalmis.

Servus perpet. Sic, תקחני לעבד עולם Accipies me in servum perpetuum, Job.40.22.

Et tuorum. Heb. Et omnis populi tui.

Neq; me rejic. Ne spernas me officiaq; mea.

Charissimis & ornatiss. יקרים Pretiosi, Præstantes: pretiosa autem cara sunt. חשובים Reputati, in honore & reputatione (ut loquuntur) existentes. Reputatio talis est ob ornamenta virtutum.

Manipulorum instar. Magnâ copiâ, acervatim: vide epist.17.

Sine sufficientia. Innumeras & infinitas, salutes mille.

Inscriptio.

Excell. Heb. Elevato & exaltato.

לז

לתת רן לאוהבו על שמלא רצונו
אשר שאל ממנו

אתן תהלה לאדוני על כל הטובה אשר עשית את עבדך ותגדל חסדך לעשות אתי אך טוב עתה אתה ברוך יי ואנכי לא ידעתי במה

בַּמֶּה אֲכַפְּרָה וּבַמֶּה אֶשָּׂא אֶת פָּנֶיךָ כַּאֲשֶׁר הִגְדַּלְתָּ
עֲשׂוֹת׃ אוּלָם חַי אָנִי כִּי כָּל עוֹד נִשְׁמָתִי בִּי זָכוֹר
אֶזְכָּרְךָ בַּמֶּרְחַקִּים כִּי רְאִיתִיךָ אוֹהֵב קָרוֹב וְגוֹמֵל חֶסֶד
לִשְׁמוֹעַ בְּקוֹל עַבְדְּךָ׃ וְגַם אָנוֹכִי בְּכָל אֲשֶׁר תְּצַוֵּנִי
הִנְנִי וְלֹא אֶמְנַע מִמְּךָ מְאוּמָה מִכָּל אֲשֶׁר אִתִּי׃ וַאֲנִי
וְכָל כְּחוֹתַי נְתוּנוֹת הֵנָּה לְךָ כָּל הַיָּמִים וּבְחָנֵנִי
אֲדוֹנִי וְנַסֵּנִי׃

גַּב הַכְּתָב

צַדִּיק מִתְהַלֵּךְ בְּתֻמּוֹ׃ וּמָלֵא רַחֲמִים שְׁמוֹ׃
הַמְפוֹאָר גְּבִירִי כמ״ר

XXXVII

Gratias agit amico, quod satisfecerit petitioni ipsius.

Laudem (tibi) tribuo domino meo pro omni bono, quod exercuisti cum servo tuo, & ampliasti benignitatem tuam ad me tantummodo bono nunc afficiendum, tu qui benedictus Domino es. Nescio autem quo placare, aut quo sustinere vultum tuum debeam, cum tanta præstiteris. Certè ut vivo, sic tui, quamdiu meus in me fuerit halitus, memoriam studiosè conservabo in locis longinquis. Vidi enim te amicum propinquum & benevolè affectum ad auscultandum voci servi tui. Me verò ad omnia quæ præceperis, vicissim habebis prom-

ptum, neq; tibi denegabo quicquam quod penes me fuerit. Ego & omnes vires meæ tibi addictissimæ quovis tempore erunt. Tu autem probato me, domine, & tentato me, &c.

Inscriptio.

Viro justo ambulanti in integritate sua, cujus nomen benignitate plenum est, laudatissimo, &c.

N O T Æ.

Laudem tribuo. Gratias ago. Sic Laudis nomen sæpè gratiarum actionem includit.

Quod exercuisti cum servo tuo. Quod præstitisti mihi, qui tibi instar servi, sum addictissimus. Pro את dicitur & עִם, ut: עשׂינו עמך רק טוב Fecimus tecum tantùm bonum, Gen. 26. 29, hoc est, beneficiis te affecimus.

Et ampliasti. Heb. Magnificasti, hoc est, & pro summa tua benignitate me tanto tibi beneficio obstringere voluisti. Sic, ותגדל חסדך אשר עשׂית עמדי Et amplificasti benignitatem tuam quam exercuisti erga me, Gen. 19. 19.

Benedictus Domino. Terq; quaterq; benedictus, ut alibi explicatum.

Quo placare. Quo officio aut beneficio tua erga me merita compensare debeam. Sic, מה אעשׂה לכם ובמה אכפר Quid faciam vobis, aut quanam re placabo vos, 2. Sam. 21. 3, id est, quanam re vos mihi conciliabo, aut vestram benevolentiam demerebor: אכפרה פניו במנחה Placabo vel Pa-

cabo

cabo faciem ejus munere, Gen.32.20, hoc est, beneficio aut munere mihi animum ejus devinciam; vide locum.

Cum tanta præstit. Heb. Quandoquidem magnificasti agere. Sic, כִּי הִגְדִּיל יְהוָה לַעֲשׂוֹת Quia magnificabit Dominus facere, Joel.2.v.21, id est, magna patrabit.

Ut vivo. Usitata asseverandi formula.

Quamdiu in me. Vide Job.27.3.

Studiosè conservabo. Hebr. Recordando recordabor.

In locis longinquis. Sic, וּבַמֶּרְחַקִּים יִזְכְּרוּנִי Et in locis remotis recordabuntur mei, Zach.10.9.

Benevolè affectum. גְּמוּל חֶסֶד Homo beneficus, benevolus, beneficentiæ & gratitudinis studiosus, homo gratus qui ex charitatis affectu aliis gratificari studet. גְּמִילוּת חֲסָדִים Beneficentia, Remuneratio, Gratitudo. Inde celebre illud veterum Hebræorum: עַל שְׁלשָׁה דְבָרִים הָעוֹלָם עוֹמֵד עַל הַתּוֹרָה וְעַל הָעֲבוֹדָה וְעַל גְּמִילוּת חֲסָדִים, Super tribus rebus mundus consistit: super Lege, super cultu sacro & super retributione beneficiorum, id est, mutuæ charitatis officiis tam ad gratiam referendam quàm promerendam. Pura verbi Dei doctrina, legitimus Dei in ecclesia cultus, charitas inter homines mutua, mundum conservant.

Me verò ad omnia. Heb. Etiam ego in omnibus quæ mandaveris mihi, ecce ego, scil. paratus ero. Sic הִנְנִי elliptice usurpari solet: ut, הִנְנִי עֲנוּ בִי

En me, testificamini contra me, 1.Sam.12.ver.3: הנני הנני En me, en me. Jesa.65.1.

Neq; denegabo. Sic לא אמנע מכם דבר Non cohibebo a vobis quicquam, Jer.42.v.4, id est, nihil vobis aperire denegabo: לא חשך ממני מאומה Non cohibuit à me quicquam, Gen.39.v.9. Hîc דבר & מאומה synonima sunt.

Vires. Nota כחות hîc pluraliter usurpari, contra usum Sacræ Scripturæ, in qua tantù n singulariter legitur.

Probato me. Experire aliqua petitione, anne promptissimè tibi gratificaturus sim: vide Psal.26.v.2.

Inscriptio.

Justo ambulanti. Viro probitate præstanti: ex Prov.20.

לח

להתרעם ע״ אוהבו או קרובו מדוע לא השלים שאלתו׃

לא זה הדרך ולא זו העיר לצאת לקראות האוהבים את יקר תפארת אהבתך אשר מלפנים אתה אומר אלי׃ ועתה בבואי לפניך בשאלתי זאת הקטנה כבף איש אשר לא נפלאת היא ממך ופניך אחורנית והשבתני לזר נגרך׃

ושהדו

וְשָׁחֲדִי בַּמְּרוֹמִים כִּי אִלּוּ יְדַעְתִּיךָ נֶעְדַּר הַהַשָּׂגָה
לְשָׁרְתֵנִי לֹא יָרַדְתִּי בָּאֵלֶּה לְפָנֶיךָ לֶאֱכוֹל הַמָּאֹרֶת
הַיּוֹם בְּדָבָר לֹא תוּכַל עֲשׂוֹתוֹ וְעַתָּה כִּי יָדַעְתִּי יֵשׁ
לְאֵל יָדֶיךָ כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה לְשָׁרֵת לִמְשָׁרֶתְךָ וּלְדוֹרְשֵׁי
שְׁלוֹמֶךָ׃ לָמָּה הִשְׁלַחְתַּנִי מִלְּפָנֶיךָ אַחַת דִּבַּרְתִּי וְלֹא
אוֹסִיף רַק אֶל יְיָ אַצִּיג דְּבָרְתִי וַאֲחַכֶּה לִרְאוֹת כְּיוֹם
מוֹעֵד לְשַׁלֵּם לְאִישׁ כְּמַעֲשֵׂהוּ׃

גַּב הַכְּתָב

אֵין כָּמוֹהוּ מוֹרֶה׃ וּמָרוֶה לֹא יוֹרֶה׃ כְּמ״ר פְּלוֹנִי׃

XXXIIX

Indignatur amico, quod non satisfecerit petitioni suæ.

Non hæc via est, neq; hæc urbs, quâ obviam amicis eat tua tanta amicitiæ excellentia, quam mihi antehac prædicasti. Nunc enim cum ad te venerim cum petitione mea hac parvula, instar volæ viri, quæ non fuit ardua supra quam possibilis esset tibi, facies tua fuit conversa retrorsum, ac reputasti me extraneum. Testis meus in excelsis est, quòd si scivissem te destitutum facultate mihi inserviendi, non descendissem ad illa coram te, comedendo piaculum l o tie rei quam præstare non potuisses. Nunc verò, cùm noverim in facultate manuum tuarum sic, & sic fuisse, servo tuo aliisq; tuum,

commodum quærentibus inservire, quare projecisti me è conspectu tuo? Unum dixi, neq; addam: tantummodò Deo causam meam committo, exspectâs ut videam quasi die festivo, ut possim viro retribuere secundùm opera sua.

Inscriptio.

Doctori cui nullus similis, qui irrigat, sed non pluit, &c.

NOTAE.

Non hæc via. Hac via non eundum, si amicum officiis tibi devincire velis. Non denegando, sed agendo amicus conciliatur.

Quâ obviam amicis eat. Heb. Ad prodeundum in occursus amicorum: לקראות hic pluraliter usurpatur contra usum sacræ Scripturæ.

Tua tanta amic. excel. Heb. Honorem & decorem amicitiæ tuæ. Adeo prodigi sunt in honorum titulis Judæi, ut etiam in objurgando iis non parcant. Sic, את־יקר תפארת גדולתו Honorem & decorem magnificentiæ suæ, Esth. 1.4.

Instar volæ viri. Mirum simile de petitione. Hęc tamen in Scriptura legitur, sed aliter & melius accommodata: In libro Regum primo: הנה עב קטנה כּכף איש עלה Ecce nubes parvula, instar volæ viri, ascendebat, cap. 18.44.

Quæ non fuit ardua. Heb. Quæ non fuit mirabilis præ te, id est, difficilior quàm ut eam præstare potuisses. Sic, לא הלכתי בגדולות ובנפלאות ממני Non ambulavi in magnis aut arduis præ te, Psal. 131.1. Vide & Deut. 30.11.

Facies

Facies tua fuit ret. Sic, ופניהם אחרנית Et facies ipſorum erant (averſæ) retrorſum, Gen.9.v.23. Poſſit etiam dici, ותיית לאחור ולא לפנים Et fuiſti retrorſum non autem antrorſum, Jerem.7.24.

Reputaſti me ext. Sic, אמהותי לזר תחשבוני Ancillæ meæ pro extraneo reputant me, alienigena ſum in oculis ipſarum, Job.19.15.

Teſtis meus in exc. Aliter, בשמים עדי In cælis eſt teſtis meus, Teſtor cælum. Utrumque extat Job.16.19.

Facultate deſtit. נעדר Deſtitui, Privatum eſſe re aliqua. הַשָּׂגָה Apprehenſio vel Apprehenſionis facultas, ab inuſitato נשג, unde in Hiphil הִשִּׂיג Apprehendere, Conſequi, Attingere.

Non deſcendiſſem. Non deveniſſem eo, ut te propterea rogaſſem.

Comedendo piaculum. Heb. Comedendo peccatum, id eſt, hoſtiam pro peccato oblatam, per metonymiam. Hoc qui faciebat, peccatum offerentis in ſe ſuſcipiebat quodammodo, & expiabat. ut videre eſt Levit.10, circa finem. Ergo ſenſus Comedendo, &c. id eſt, culpam ſubeundo ejus qui impoſſibilia petit, quod non eſt prudentis amici.

Quam. Subauditur אשר, cujus Pronominis ellipſis frequens eſt.

Præſtare. Heb. Præſtare eam: pleonaſmus relativi. Vide ſyntaxin noſtram cap.8.

In facultate manuum. Manibus Hebræi tribuunt poteſtatem, quod præcipuum ſint agendi

instrumentum. Sic יש לאל ידי Erat in facultate manus meæ, Gen.31.29, id est, Poteram, Penes me erat facultas: ואין לאל ידינו Et non est in facultate manuum nostrarum, Neh 5.5, id est, nequivimus: בהיות לאל ידך לעשות Cum sit in facultate manus tuæ præstare, Pro.3.27.

Tuum commodum quær. Heb. Quærentibus pacem tuam. Aliquando nomen *Commodum* significans, huic locutioni additur: ut, לא תדרש שלומם וטובתם Non quęres pacem eorum & commodum eorum, Deut.23.6, hoc est, eorum saluti aut bono nunquam studebis.

Quare projec. Quare petita denegasti mihi, ac rejecisti quasi qui cum indignatione ab aliquo repellitur.

Unum dixi neq; ad. Quid multa loquar? Simile, אחת דברתי ולא אענה ושתים ולא אוסיף Semel locutus sum nec respondebo amplius: ac secundò, nec pergam, Job.39.38.

Deo causam meam com. אציג Futurum Hiphil ab הציג Statuere, Collocare, quod ab inusitato יצג. Similis locutio, ואל אלהים אשים דברתי Et in Deo reponam causam meam.

Quasi ad diem festivum. id est, cum gaudio. Dies enim solennitatis dies lætitiæ erant, unde & cum gaudio exspectabantur. Unde illud: Vocem edunt in domo Domini quasi in die solennitatis, Thren.2.7.

Ut poßim retrib. Ut possim par pari referre. Vide Psal.62.13.

Inscri-

Inſcriptio.

Cui nullus ſimilis. Vide Job.36.22.
Qui irrigat. Vide Prov.11.25.

לט

לאיש שיתרעם מידידו מדוע לא מלא רצונו׃

בצפיתי צפיתי עליך ידידי וקציני וארא
והנה שלום ועתה אדוני מהראית
כי השלכתני אחרי גוך ולא שמעת לקול מיחלך׃
ואני לא כן עמך גבור החיל כי ידעת שבתי וקומי
בימים חלפו למו ולמה תעשה כה לעבדך׃ ומה
אטה שכמי לסבול רצון איש שכן בארץ נשיה׃
ובטוח אני שממקום אחר ישלח יי שלומו אל
המיחלים לחסדו כי רבים רחמיו ולא יבושו קויו׃
האמנם אחלה פניך אל יחר אפך בעבדך באשר
דברתי׃ הנה אם עברתי חק המוסר להעמיסך
רוזני כי לא יוסיף עוד עבדך להחרידך בדבר קטן
או גדול׃ ועל יי אשליך יהבי והוא יטה אלי חסד
וחיית ורבית אתה וביתך כנפש שבעך׃

גב הכתב

נותן לאוהביו חקם׃ ואותי השיב ריקם׃ המפואר כמ״ר

XXXIX

Objurgatio lenior, quare non ſatisfecerit petitioni amici.

IN ſpeculatione mea ſpeculatus ſum de te, amice optime, & vidi, & ecce erat proſperitas. Nunc verò, mi domine, quid vidiſti, quòd abjeciſti me poſt tergum tuũ, & non auſcultaſti voci exſpectantis te? Ego autem is apud te, præſtantiſſime amice, non ſum: noſti enim conditionem meam ac ſtatum meum temporum præteritorum. Et quid ita ageres cum ſervo tuo? quorſum ego inclinabo humeros meos, ad ferendum voluntatem viri inhabitantis terram oblivionis? Confido autem Deum aliunde miſſurum ſalutem ſuam ad exſpectantes benignitatem ejus, (multæ enim ſunt miſerationes ipſius) neq; pudore confundentur præſtolantes ipſum. Verumtamen obſecro te, ne ſuccenſeas mihi ſervo tuo propter ea quæ locutus ſum. Quòd ſi modeſtiæ ſtatutum transgreſſus ſum onerando te, mi domine, non pergam amplius te exterrere re parva aut magna. In Deum autem projiciam onus meum, is me benignitate proſequetur. Tu vale proſperè cum tota domo tua, juxta votum ejus qui tui ſatur eſt.

Inſcriptio.

Viro qui amicis dat demenſum ſuum, me autem dimiſit vacuum.

NOTAE.

NOTAE.

In speculatione mea. Imitatio ex Thren. 4. 17.

Erat prosperitas. Prosperè se omnia apud te habebant, tranquilla erant omnia, ita ut neque me neque alios curares.

Quid vidisti. Quid te movit, quam causam habuisti.

Quod abjecisti me. Vide epist. 10.

Expectantis te. Vocem meam, quâ opem tuam imploravi.

Is apud te non sum. Heb. Ego autem non sic tecum. Potest subintelligi הלכתי Conversatus sum: Non sic me apud te gessi, ut repulsam promeruerim.

Amice praest. Heb. Potens robore, q. d. Amice validissime ac potentissime. Inter epitheta dignitatum adhibetur de eo, qui amplæ virtutis & authoritatis est. Sic angelus ad Gideonem: יהוה עמך גבור החיל Dominus sit tecum, valentissime robore, Jud. 6. 12, id est, heros potentissime.

Conditionem meam. Heb. Sedere meum & surgere meum, ex Psal. 139. 2.

Tempor. prat. Heb. In diebus qui præterierunt sibi.

Inhabitantis ter. obliv. Qui inhabitat terram, in qua amici oblivioni traduntur. *Terra oblivionis* vocatur Psal. 88. 13, regio mortuorum, sepulchrū, terra sepulturæ humanæ, in qua hominum, qui è vivis excesserunt, facilis est oblivio.

Confido. Heb. Confisus, Fretus, Securus בָּטוּחַ Nominis adjectivi participialis usum in Scriptura habet, ut: כי בך בטוח Quia in te confisus est, hoc est, confidit, Jesa.26.3. Sic Psal.112.7.

Ad exspect. benig. Ad me qui confido in ejus benignitate. Plurali utitur imitationis causâ: quia sic hæc verba leguntur Psal.33.18.

Multa enim sunt mis. Ex 2.Sam.24.14.

Neque pudore conf. Sic, גם כל קויך לא יבשו Etiam omnes exspectantes te nō afficientur pudore, Psal.25.3. Vide & Jesa.49.23.

Ne succenseas. Hebr. Ne exardescat ira tua in servum tuum. Locutio trita.

Onerando te. Quod si sermone meo aut literis meis tibi gravis vel molestus fui, quod si acerbius tecum locutus sum quam par est.

Non pergam Non fatigabo te amplius ulla re, nulla petitione te in posterum exterrebo.

Projiciam onus meum. Ex Psal.55.v.23. De יְהָב. Vide Lexicon nostrum.

Benignitate prosequetur. Heb. Inclinabit ad me benignitatem. Sic, ויט אליו חסד Et extendit ad ipsum benignitatem, Gen.39.21.

Saturi tui. Qui tui satur est, vel Cujus tu satur es, quem non amplius curas, quem repudias ut satur cibum.

Inscriptio.

Viro qui omnes amicos suos debitis officiis prosequitur, me autem repudiavit, &c.

להשיב

מ

לְהָשִׁיב מַעֲנֶה שֶׁלֹּא יוּכַל לְהָפִיק חֵפֶץ הַשּׁוֹאֵל׃

בַּאֲשֶׁר רָאִיתִי אוֹתִיּוֹתֶיךָ וְנוֹעַם אֲמָרֶיךָ אֲשֶׁר הִגִּיעָתְנִי נִצְטַעַרְתִּי בִּלְבָבִי וְנִזְוֵיתִי עַד מְאֹד מֵאֲשֶׁר שְׁאֵלַתָּ מֵאִתִּי אֲנִי עַבְדְּךָ וְהִנֵּה מְנָעַנִי יְיָ מִכָּבוֹד׃ וּמְנָעַנִי מִבּוֹא בְּדָמִים׃ וּמְנָעַנִי מֵהָפִיק חֶשְׁקְךָ׃ וּמֵעֲשׂוֹת רְצוֹנְךָ לָעֵת כְּזֹאת׃ יַעַן בְּיָמִים הָאֵלֶּה סְבָבוּנִי עֲסָקִים רַבִּים אֲשֶׁר לֹא יָכוֹלְתִּי לַהֲדִיחָם מֵעָלַי׃ הָיוּ עָלַי לְטוֹרַח וְכַלְכֵּל לֹא אוּכַל׃ לָכֵן אַל יַחְשׁוֹב אֲדוֹנִי בִּי עָוֹן וְלֹא תִהְיֶה זֹאת לְעַבְדְּךָ לְמַזְכִּיר עָוֹן׃ כִּי אַתָּה אֲדוֹנִי יְדַעְתַּנִי בְּיָמִים קַדְמוֹנִיּוֹת בָּחַנְתָּ לִבִּי פָּקַדְתָּ דְּרָכַי וּמְצָאתַנִי נִדְרָשׁ לַאֲשֶׁר דְּרַשְׁתּוּנִי׃ וְהִנֵּה יָמִים בָּאִים כִּי יַרְחִיב יְיָ לֹא אָסוּר מִמִּשְׁמַעְתְּךָ אֶשְׁמוֹר פִּקּוּדֶיךָ וְעֵדְוֹתֶיךָ כִּי עֵת לְכָל חֵפֶץ תַּחַת הַשָּׁמָיִם׃ וַיְיָ יְחָנְךָ כְּנַפְשֶׁךָ׃

גַּב הַכְּתָב

נִכְבָּדוֹת מְדוּבָּר בּוֹ׃ יִרְאַת אֱלֹהָיו בְּקִרְבּוֹ׃ הַשָּׁלֵם

וְהֶחָשׁוּב כמ״ר פְּלוֹנִי׃

XL

Excusat se, quod desiderio amici satisfacere nequiverit.

Quando vidi literas tuas jucundissimas, quas ad me misisti, dolui in animo meo & afflictus fui admodum propterea quod petiisti aliquid à me servo tuo, sed Deus privavit me honore (vel, cohibuit me ne succurrerem tibi pecuniis: vel, cohibuit me, quominus satisfecerim desiderio tuo: quominùs fecerim voluntatem tuam hoc tempore) eo quòd circumdederunt me nunc negotia plurima, quæ non potui à me depellere, quæq; fuerunt mihi oneri, adeo ut ferre non potuerim. Quare ne reputet mihi dominus meus hoc in iniquitatem, neq; sit mihi id in memoriale delicti. Nosti enim me temporibus pristinis: probasti cor meum: visitasti rationes meas, ac invenisti me semper promptum iis, qui quæsiverunt me. Quod si diebus venturis Deus ampliora mihi concesserit, neutiquam declinabo à nutu tuo: observabo præcepta tua & testimonia tua. Est enim tempus omni voluntati sub cælo. Deus gratiam faciat tibi juxta votum tuum, &c.

Inscriptio.

Viro honorato & pio, &c.

NOTAE.

Literas tuas jucundiss. Heb. Literas tuas & suavitatem sermonum tuorum.

Ad

Ad me misisti. Heb. Fecisti ut ad me pervenirent vel pertingerent. הגעתני pro הגעת אלי Vide Syntaxin nostram cap.17.in fine.

Dolui נצטערתי Præteritū ex Niphal & Hithpahel: Vide epist.13.

Afflictus. Sic, נעניתי שחותי עד מאד Affligor & deprimor vehementer, Psal.38.7.

Deus privavit me hon. Non concessit mihi vires aut commoditatem tibi gratificandi. Sic, והנה מנעך יהוה מכבוד Sed ecce avertit te Deus ab honore, Num.24.11. Ab honore, scil. לשרתך Tibi inserviendi. Potest hic quævis causa adduci, ut sequitur. בוא Venire, Obvenire, Succurrere. דָמִים Pecuniæ: vide epist.42.

Circum dederunt me neg. Vide ep.15.

Fuerunt mihi on. Ex Jesa.1.14.

Ne reputet mihi. id est, ne culpam mihi imputes, ex 2.Sam.19.19. Alia phrasis fuit epistolâ 31.

In memoriale del. Heb. Quasi memorans aut in memoriam revocans iniquitatem: Vide similes locutiones Ezech.21.23. Num.5.15.

Temporib. prist Vide epistolam 32.

Rationes meas. Heb. Vias meas.

Prompt um. Hebr. Exquisitum, seu Obvium, quærendo expositum sive inventum: Vide Jesa.65.v.1.

Ampliora mihi con. Heb. Dilataverit mihi, ut epistolâ 46.

Neutiquam destinabo. Hebr. Non recedam ab obedientia tui. Sic, וסר אל משמעך Et incedens

in obedientia tui, id est, tuis jussis parens & obtemperans, 1. Sam 22.14.

Est enim tempus. Omnibus hominum institutis suum tempus est. Quod nunc non potui, ut possim aliâs, tempus dabit. Vide Eccles. 3.1.

Deus gratiam tibi fac. Vale ex animi sententia.

Inscriptio.

Honorato. Heb. Honorabilia dicuntur de eo, ex Psal. 87 3.

Pro. Heb. Timor Dei est in medio ejus. Vide Jesa. 33.8.

מא

כִּי יְבַקֵּשׁ אִישׁ צְרוֹר כֶּסֶף מֵרֵעֵהוּ לְהִתְעַסֵּק בּוֹ ׃

בִּהְיוֹת. הַיָּמִים הָאֵלֶּה יְמֵי בִכּוּרֵי עֲסָקִים בִּגְלִיל הַזֶּה וְהַכֶּסֶף אָזַל מִכֵּלַי נִשְׁאַרְתִּי כְּגֶבֶר אֵין אֱיָל׃ בִּרְאוֹתִי לֹא אוּכַל לַעֲשׂוֹת חֶפְצִי כְּמִשְׁפָּטִי ׃ וְלִהְיוֹתִי בּוֹטֵחַ בְּךָ כִּי יְדַעְתִּיךָ רַב הֶסֶד שׁוֹמֵר בְּרִית אַחִים וַיְיָ חֲנָנְךָ לִמְשׁוֹךְ חֶסֶד לְיוֹדְעֶיךָ אֲשַׁחֲרֶךָ עֲשֵׂה עִם עַבְדְּךָ כְּחַסְדְּךָ לְהַלְווֹת אֵלַי כַּךְ וְאָנֹכִי מְשַׁעְבֵּד כְּחוֹתַי לַאֲדוֹנִי עַל פִּי הָאוֹפֶן אֲשֶׁר יִרְמְזוּן עֵינֶיךָ לְהַעֲמִידְךָ עַל נָכוֹן בְּהַלְוָאָתְךָ לְשָׁלֵם ·

לְשַׁלֵּם אֶת נִשְׁיִי בְּמוֹעֲדוֹ עִם מַה שֶּׁאֶשְׁקַל מִבֵּית גִּנְזֵי
לְעֶרְךָּ ה׳ לְכִכָּר׃ לֹא אֶחֱטָא לָתֵת שְׂכָרְךָ בְּעִתּוֹ
וּצְרוֹר הַכֶּסֶף בְּמוֹעֲדוֹ׳ בַּאדוֹנִי בָטַחְתִּי לֹא אֶמְעַד כִּי
תַעֲשֶׂה עִמָּדִי חֶסֶד וְלֹא תְשִׁיבֵנִי רֵיקָם וְתַשִּׂיג מַתָּנָה
לָשׁוֹן לְעַבְדְּךָ וְהָיִיתָ שָׂמֵחַ׃

גַּב הַכְּתָב

שׁוֹמֵר אֱמוּנִים׳ בָּרוּךְ מִבָּנִים הַמְפוֹאָר כמ״ר פְּלוֹנִי

XLI

Petit mutuo pecuniæ aliquam summam, ad negotiandum eâ.

Cum hi dies sint dies primitiarum negotiationum in hoc confinio, ac pecunia abierit è loculis meis, relictus sum quasi vir sine viribus, videns me non posse expedire desiderium meum sicuti par esset. Fiduciam *autem repositam habeo in te, qui amplissimæ benignitatis es, custodiens fœdus fraternum, Deusq; largitus est tibi gratiam, ut benignitate prosequaris familiares tuos, unde te studiosè rogo, ut mihi hoc beneficii præstes mutuesq; mihi (tot) Ego vicissim omnes vires meas subjiciam tibi domino meo, quomodocunq; id designaverint oculi tui, certumq; de credito tuo te reddam, ut id statuto tempore restituam, unà cum eo quod præterea è thesauris meis appendam, quasi quinq; de centum.* Non

M 2

fallam dare mercedem tuam in tempore suo, ac summam creditam fixo termino suo. In domino confido neq; vacillabo: exercebis mecum benignitatem, neq; me vacuum dimittes. Redde responsum lingua servo tuo, ac vale hilariter.

Inscriptio.

Fidelissimo ac prosperrimo viro.

NOTAE.

Primitiarum negot. Nundinæ, mercatus publici. Locutio facta ex eo, quod in Mose legitur, הימים ימי בכורי ענבים Dies hi erant dies primitiarum uvarum, Num. 13. 21.

E loculis meis. Heb. Ex vase. Locutio ex, הלחם אזל מכלינו Panis abiit è vasis nostris, 1. Sam. 9. 7: *Abiit*, id est, deficit; *E vasis*, hoc est, peris. Sic vas pecuniæ est Pera, Loculus, Marsupium, cui pecuniæ imponuntur. Sensus: Cum pecuniis nunc destituar.

Vir sine viribus. Pecuniæ enim sunt robur viri & veluti urbs munita, ut in Proverbiis Salomonis est: sunt nervus, quo inciso concidit animus, flaccescunt vires. Similis locutio apud Davidem: חייתי כגבר אין איל Fui sicut vir cui non est fortitudo, Psal. 88. 5.

Sicuti par esset. Heb. Secundum jus vel judicium meum.

Custodiens fœdus. Possis & dicere ex libro Regum, שומר הברית והחסד לעבדיך Custodiens fœdus

dus & benignitatem servis tuis, 1.Reg.8.23, vel לאחיך Fratribus tuis, לאוהביך Amicis tuis. Alibi est contraria locutio, לא זכרו ברית אחים Non recordantur fœderis fraterni, Amos 1.9.

Ut benig. prosеq. Ad protrahendum sive protendendum benignitatem erga cognoscentes te. Sic משך חסדך ליודעיך Extende benignitatem tuam in eos qui te norunt, Psal.36 11. אל יהי לו משך חסד Ne sit qui eum benignitate prosequatur, Psal.109.12. Vide & Jerem.31.3.

Tot. כָּךְ Sic, id est, tantam pecuniæ, talem pecuniæ summam.

Subjiciam. שִׁעְבֵּד Subjecit, Subdidit, In servitutem redegit. In Ithpahel אִשְׁתַּעְבַּד Subjici, Chaldæis & Rabbinis usitatum Verbum.

Certumq; te reddam. Hebr. Constituendo te in firmo.

Cum eo Cum usura quincunce. כִּכָּר Talentum. Hîc accipitur pro numero monetæ centenario, de quo usura certa pendi solet.

Non fallam. Heb. Non peccabo.

Summam creditam. Heb. Fasciculum pecuniæ: vide epist.44.

In domino conf. Ex Psal.26.1.

Neq; vacuum me. Vide Ruth.1.v.21. Et aliter, לא תשלחנו ריקם Non dimittes eum vacuum, Deut.15.13.

Responsum; lingua Ut Proverb 16.1.

Vale hilariter. Hebr. Esto hilaris ; ex Deuter 16: v.15.

M 3

Inſcriptio.

Fideliſſimo. Heb. Cuſtodienti fidelitates, ex Jeſa. 26. 2.

Proſper. Heb. Benedictiſſimo præ liberis.

מב

תְּשׁוּבָה הֲגוּנָה לְמִי שֶׁשָּׁאַל מְעוֹת מֵחֲבֵירוֹ וְאֵין בִּיכָלְתּוֹ לְהָפִיק שְׁאֵלָתוֹ בְּשׁוּם פָּנִים׃

הֵיטֵב חָרָה לִי עַד מָוֶת כִּי מְנָעַנִי יְיָ מִבּוֹא בְּדָמִים כָּאֵלֶּה הַיּוֹם אֲשֶׁר שָׁאַלְתָּ מֵאִתִּי לְהַלְווֹת אֵלֶיךָ וְזֶה רוֹזְנִי כִּי לָעֵת בְּזֹאת סְבָבוּנִי עֲסָקִים רַבִּים וְאַבִּירֵי הַהוֹצָאוֹת כִּתְּרוּנִי׃ בְּאוֹפֶן כִּי אֶצְטָרֵךְ לָקַחַת בְּהַלְוָאָה מִזּוּלָתִי לְהַשְׁלִים חֲפָצַי׃ כַּאֲשֶׁר יַגִּיד אֵלֶיךָ הַמּוֹבִיל הַלָּז אֲשֶׁר שַׂמְתִּי דְבָרַי בְּפִיו׃ וְעַיִן בְּעַיִן רָאָה אֶת הֲמוֹן עֲסָקַי וְעוֹצֶר רוּחִי׃ הַאֲמִינָם רוֹזְנִי סְלַח וּמְחוֹל לְחֶסְרוֹנִי הַיּוֹם הַזֶּה וְאִם יַרְחִיב יְיָ לִי אֶרְאֶה דֶרֶךְ לְשָׁרֶתְךָ לַיּוֹם הַבָּא וְעֵינֶיךָ תֶּחֱזֶינָה מֵישָׁרִים׃

גַּב הַכְּתָב

נֶחְמָד וְחַבִּים׃ חִכּוֹ מַמְתַקִּים׃ אוֹהֲבִי וּקְרוֹבִי׃

כמ״ר פְּלוֹנִי׃

Reſpon-

XLII

Responsio honesta, quòd petenti mutuo pecunias, gratificari non potuerit.

REctè dolet mihi ad mortem usq; , quod denegaverit mihi Deus succurrere tibi nunc cum pecuniis tantulis, quas petieras à me, ut tibi mutuo darem. Id verò propterea mi amice, (accidit) quòd hoc tempore plurima me circumstant negotia, & sumptus gravissimi cingunt me, adeo ut ego ipse necesse habeam mutuo accipere, ad perficienda ea quæ cupio, ut explicaturus est tibi præsens hic tabellarius, cujus ori verba mea imposui, qui etiam suùmet oculis vidit multitudinem occupationum mearum & arctationem animi mei. Itaq; mi amice, propitius esto ac ignosce huic meo defectui hoc tempore: quòd si Deus mihi ampliores facultates quandoque concesserit, providebo de commoditate tibi in posterum serviendi, oculiq; tui videbunt quæ recta sunt.

Inscriptio.

Desideratissimo ac prudentissimo, comitate præstanti amico meo, &c.

NOTÆ.

Rectè dolet mihi. Heb. Benè exardescit mihi, scil. ira vel dolor.

Ad mortem usq;. Vehementissimè. Petita locutio ex Jonæ 4.9.

Cum pecuniis tant. דְּמִין Chaldaicè, Pretium, quomodo pro Hebræo מְחִיר in Targum ponitur: ut, וְאַלְפוּ בְּלָא בְדְמִין Discite absque pretio, Jesa.55.1: אֶתֵּן לְךָ כַּסְפָּא דְּמוֹהִי Dabo tibi pecuniam pretii ejus, 1.Reg.21.2. Hinc Rabbinis est Pecunia, unde vulgata sentétia: מי שאין לו דמין אל יעמוד בשוק Is cui non sunt pecuniæ, ne stet in foro.

Circumstant me neg. Vide epist.15.

Sumptus. הוֹצָאוֹת Sumptus, Impensæ, apud Rabbinos, à Verbo conjugationis Hiphil הוֹצִיא Eduxit, Produxit, à Radice יָצָא, Egressus est.

Necesse habeam. אצטרך Futurum Hithpahel à צָרִיךְ Opus habere, Necesse esse. Vide epist. 44.

Mutuo accipere. הַלְוָאָה Mutuatio, Datio mutui, ab הִלְוָה Mutuare, Mutuo dare, quod est à לָוָה Mutuari, Mutuo accipere.

Præsens hic tab. מוֹבִיל Lator, ab הוֹבִיל Adducere, Adferre. Hinc Nomen participiale, pro Tabellario, Literarum latore apud Rabbinos accipitur. Radix est יבל.

Cujus ori. Cui præcepi quæ coràm tibi exponeret. Sic, וישם דבר בפיו Et posuit verbum in ore ejus, Num.23.16. Item, ואשימה בפיהם דברים לדבר אל אדו Et posui in ore ipsorum verba quæ loquerentur ad Iddo, Esr.8.17.

Suismet oculis. Heb. Oculo ad oculum: phrasis trita.

Ignosce. מָחַל Condonare, apud Rabbinos: מְחִילָה Condonatio.

Amplio

Amplioresfac. Heb. Dilataverit mihi.

Oculiq; tui vid. Experieris reipſa auxilium meum: ex Pſal.17.2.

Inſcriptio.

Comitate præſt. Heb. Palatum ejus ſunt dulcedines, ex Cant.5.16.

מג

אוֹפָן אַחֵר

דְּבָרֶיךָ דִּבְרֵי שָׁלוֹם וֶאֱמֶת הִגִּיעוּ בְּאָזְנַי וּמְאֹד הִתְבּוֹנַנְתִּי בָּהֶם בְּבוֹקֶר לִמְצוֹא דִּבְרֵי חֵפֶץ לְמַלְאוֹת שְׁאֵלָתְךָ וְלַעֲשׂוֹת דָּבָר יִיטַב בְּעֵינֶיךָ׳ וְהִנֵּה מְנָעַנִי יְיָ לְהַשְׁלִים כַּוָּנָתְךָ הַיּוֹם הַזֶּה׳ וְהֵיטֵיב חָרָה לִי עַד מָוֶת כִּי לֹא אוּכַל הַיּוֹם לְהַרְאוֹתְךָ אֶת אַהֲבָתִי אֲשֶׁר מִימֵי קֶדֶם קַדְמָתָהּ׃ אֲהָהּ אָחִי יִיטַב נָא בְּעֵינֶיךָ לְהִתְמַהְמֵהַּ וּלְהַמְתִּין אֵלַי עוֹד ט״וֹ יָמִים אֲחֵרִים וְאֶשְׁתַּדֵּל בְּכָל עוֹז וּבִזְרוֹעַ נְטוּיָה לְהָפִיק חֶפְצְךָ׳ וְלִי אֲנִי עַבְדְּךָ אַל תַּחְשׁוֹב עָלַי הַוּוֹת וְאַל תְּשִׂימֵנִי כְּשֹׁטֵי כָזָב כִּי בְּסוֹף הַיָּמִים הָאֵלֶּה תִּרְאֶה הֲיִקְרְךָ דְּבָרִי אִם לֹא׃

גַּב הַכְּתָב

אִמְרֵי עַבְדּוֹ יַנְעִימוּ׳ יָפֶה דוֹדִי אַף נָעִים׳

הַיָּקָר כמ״ר פְּלוֹנִי׳

XLIII

Forma alia ejusdem argumenti.

VErba tua amicißima pervenerunt ad aures meas, quarum argumentum intellexi, ac laboravi soticitè, ut tuæ petitioni satisfacerem, tibiq; rem gratam præstarem. At non permisit mihi nunc Deus perficere institutum tuum, ac certè extremè mihi dolet, quòd non poßim tibi nunc ostendere amorem meum, origine sua antiquum. Ah mi frater, exspectato adhuc & præstolator me dies 15 alios, tunc omnibus viribus manuq; extenta operam dabo, ut desiderio tuo satisfiat. Mihi verò, qui totus tuus sum, ne reputes id pro perversitate, neq; habeas me similem declinantibus ad mendacium: nam sequentibus diebus experieris, num eventurum tibi sit verbum meum, an non.

Inscriptio.

Humanißimo ac amicißimo viro, &c.

N O T Æ.

Verba tua. Heb. Verba tua, verba pacis & veritatis. Alibi locutio explicata, ut & pleraq; alia in hoc epistolio.

Institutum. כַּוָּנָה, quod scribitur absq; punctis, כוונה geminato Vau ad indicandam consonam mobilem, Intentio, Intentum, Propositum, à כּוּן Instituere, Intendere, Tendere, Respicere aliquò.

Origine

Origine sua ant. Heb. Cujus antiquitas est à diebus antiquis, ex Jesa. 23. 7.

Declinantibus ad mend. ולא פנה אל רהבים ושטי כזב Neque respicit ad superbos aut declinantes ad mendacium, Psal. 40. 5.

Num eventurum sit. Ex Num. 11. 23.

מד

להעיר בעל חובו שישלם נשיו כי בא יומו׃

ברבות עלי עסקים הכרחיים אשר לא אוכל מלט משא הוצרכתי לקלקל השורה לשחרך בכל כחי תשיב לעבדך צרור כספי אשר מסרתי בידך זה ימים באהבתי אותך׃ כי עתה היום עברו ימי הפקודה ימי השלום ולא יכולתי להתמהמה כי רבים יאיצו גם אותי לשלם את נשייהם וזה משפט האדם לזאת ייטב נא בעיני תפארתך וכמשפט מעשיך הטובים לשלחם על ידי איש נאמן לך׃ ובידו אסור ואתן החותמות אשר בינינו קרועה׃ למען לא ישכון באהלי עולה׃ והיה בהניח יי לנו נוסיף כלנו לעזור א ש את רעהו לכל דבר שיצטרך ויחדו למשפט האהבה נקרבה׃ ואוסיף לברכך בכל לבי גם ברוך תהיה׃

גַּב הַכְּתָב

לְבּוֹ וְיָדָיו אֱמוּנָה׳ וְהַשְׁלָמַת לוֹ לְמָנָה׳ חַשְׁלֵם

יְדִידִי׳ כמ״ר׃

XLIV

Monet amicum, ut exſolvat debitum ſuum, quòd tempus ſolutionis præterierit.

Cum multa mihi nunc ſint negotia admodum urgentia, quorum onus non poſſum deponere, neceſſe habui vaſtare lineam, rogando te obnixè, ut reſtituas mihi faſciculum pecuniæ meæ, quã tradidi in manus tuas præteritis diebus, pro amore eo quo te complector. Hoc enim tempore dies traditionis & exſolutionis præterierunt, neq; poſſum amplius exſpectare, multis me quoq; urgentibus, ut debita ſua ipſis perſolvam, ſic poſtulante jure hominum. Velis itaq;, ut & te facere æquum eſt, eas mihi remittere per manus alicujus viri fidelis tui, cui ego viciſſim tradam reddamq; chirographum quod inter nos (exhibitum,) lacerum, ne habitet in tabernaculo meo iniquitas. Erit autem, ut quando Deus quietem nobis conceſſerit, pergamus quiſq; alterum juvare rebus quibuslibet neceſſariis, ac una jus amicitiæ excolere. Sic pergam tibi benedicere, quem nunc cupio eſſe feliciſſimum, &c.

Inſcri-

Inſcriptio.

Fideliſsimo ac integerrimo viro, &c.

NOTAE.

Cum multa ſint. Heb. In multiplicando ſupra me.

Admodum urgentiæ. כֹּרַח Neceſſitas, Coactio: בְּעַל כָּרְחָךְ Per coactionem tui, Te coacto & invito, 1. Sam. 2. v. 16, in Targum, quod apud Rabbinos in frequenti admodum uſu eſt. Sic, הֶכְרֵחַ vel הֶכְרֵח idem: בְּהֶכְרֵחַ Neceſſariò, הִכְרִיחַ Cogere, Vi aut neceſſitate urgere, adigere aut compellere: הֻכְרַח Coactus fuit, מוּכְרָח Compulſus. הֶכְרְחִי Nece itate adactus, Neceſſarius: hinc עסקים הכרחיים Negotia urgentia & perneceſſaria, quibus quis cogitur & urgetur.

Deponere. Heb. Eruere, Liberare, Eripere. Sic apud prophetam, לא יוכלו מלט משא Non potuerunt eripere onus, Jeſa. 46.2, id eſt, per ferre, vel abjicere à ſe aut ſe eo liberare.

Neceſſe habui. הוּצְרַךְ ſive הִצְרַךְ Neceſſe habere, Neceſſitate urgeri ſive premi: צָרִיךְ vel צְרִיךְ Neceſſarius, Qui neceſſe habet, cui opus eſt, Qui indiget, unde de Iſmaele in Targum dicitur: הוּא יְהֵא צְרִיךְ לְכוֹלָא וְאַף־אֱנָשָׁא יְהוֹן־צְרִיכִין לֵיהּ Ipſe indigebit omnibus, etiam omnes homines indigebunt eo, Gen. 16.12. צֹרֶךְ Neceſſitas, 2. Par. 2.16.

Vaſtare lineam. Eſt proverbiale apud Rabbinos, pro Modū excedere, facere aliquid amplius,

quàm per ſe, amore non compulſus, feciſſet: unde illud, האהבה מקלקלת השורה *Amor vaſtat lineã*, quod in R. Salomone legitur Gen. 22. ver. 3, de Abrahamo, qui ipſemet ligna ad ſacrificiũ aſportavit amore ſacrificii ad mandatum Dei inſtituendi, non autem juſſit ſervis ſuis. Vide infrà lib. 2. epiſt. 7.

Ut reſtituas. Ellipſis Conjunctionis, quæ addi poteſt, שֶׁתָּשִׁיב vel לְמַעַן תָּשִׁיב.

Faſciculum pecuniæ. Summam pecuniæ tibi mutuo datam à me. Sic, איש צרור כספו בשקו Cujusque faſciculus pecuniæ erat in ſacco ſuo, Gen. 42. 35. Faſciculus id eſt, Loculus, quia in eo ceu in faſciculo pecunia conſtringitur.

Pro amore quo. Heb. Pro amore meo te. Nomen Verbale regit caſum Verbi ſui: Vide Syntaxin noſtram cap. 3.

Dies traditionis. פְּקֻדָּה Depoſitio: Dies depoſitionis, quâ pecuniam penes te depoſui, hoc eſt, tibi mutuo dedi & in manus tradidi.

Exſolutionis. שִׁלּוּם Redditio, Retributio. Solvendo autem pecunia redditur. Sic שַׁלֵּם Reddere, Exſolvere, ut mox ſequitur.

Amplius exſpectare. הִתְמַהְמֵהַּ Tardare, Morari, Cunctari: לא יכלו התמהמה Non potuerant cunctari, Exo. 12. 39.

Debita ſua. Quæ mihi crediderunt.

Velis itaq;. Heb. Bonum ſit in oculis excellentiæ tuæ. Verbum honoris.

Te

Te facere æquum est. Heb. Secundùm jus operum tuorum bonorum.

Chirographum. חֹתְמוּת Signatum, Obſignatum, à חָתַם. Aliquando formâ Chaldaicâ dicitur חֲתִים, & חֲתִימַת הַיָּד Obſignatum manus. Obſignatum etiam accipiunt pro ſubſcripto vel Scriptura aut Literis ſubſcriptione confirmatis, quòd ſubſcriptio talis Obſignationem adjunctam habeat. Hinc Chirographi ſignificatio.

Lacerum. Exſolutione expedita.

Ne habitet in tab. Ne iniquè poſſideam aut detineam alienum, quod fieret, ſi poſt ſolutionem Chirographum retinerem. Sic, ואל תשכן באהלך עולה Ne ſinito habitare in tentoriis tuis iniquitatem, Job.11.14.

Amicitiæ jus excolere. Heb. Simul in jus amicitiæ congrediemur.

Sic pergam tibi benedicere. Benefacere.

Eſſe feliciſſimum. Optimè valere.

Inſcriptio.

Fideliſſimo. Heb. Cor & manus ejus ſunt fides: Integritas ipſi ceſſit in portionem, &c.

מב

לְהָשִׁיב מְעוֹרַת אוֹ הַלְוָאָה לַחֲבֵרוֹ וּנְתִינַת חֵן לוֹ

הָרוֹכֵב עַל בָּמוֹתֵי עָב וּבְגַאֲוָתוֹ שְׁחָקִים

הוא ירוממך לרשת ארץ ההצלחות ופרית ורבית
בארץ אמן· עתה באתי להודות לך בקול רנה
ותודה על טובה אשר גמלתני ובהיותי טרוד ועסוק
היית לי לצור מעוז ומגדל עוז· לכן נתעוררתי
כראוי לשלוח נשיי אליך במדה ובמשקל ע״י
המוביל הלז· ואתה אדוני תודיעני מקבלתך ואני
תמיד עמך לתת לך כבוד ותפארת כל ימי חלדי·
ואם אוכל לעשות דבר ייטב בעיניך הנני לכל בקש
בקשותיך ודרך מצוותיך ארוץ כעבד נמכר
לצמיתות לא יצא ביובל·

גב הכתב

נכבד ואיש ענו· צדק אזור מתניו· היקר החשוב כ״מר·

XLV

Reddit amico mutuo datam pecuniam cum gratiarum actione, & sua vicissim offert officia.

QVi equitat in excelsis nubibus, & excellentiâ suâ cælis supremis (insidet;) is extollat te ut poßideas terram prosperitatis, fructificesq; & augescas in terra, Amen. Veni nunc ut gratias tibi agam voce exsultationis & laudis pro beneficio quo me affecisti, cumq; essem pressus & oneratus, fuisti mihi in rupem

fortem

fortem & turrim robustam. Idcirco excitatus sum, uti par fuit, ad remittendum tibi debitum meum, in mensura & pondere, per latorem præsentem. Tu, mi domine, significa te recepisse: ego autem vicissim tibi adero, tribuendo tibi gloriam & honorem totâ vitâ meâ. Si potero præstare, quod tibi gratum sit, en me ad vota tua omnia paratissimum, ac viam præceptorum tuorum decurram, sicut servus venditus perpetuæ servituti, nec egreditur anno Jubilæo.

Inscriptio.

Honorato viro, mansueto ac justo, &c.

NOTAE.

Qui inequitat. Sic solent faustas precationes aut benedictiones, loco salutationis, initio epistolarum usurpare.

Excelsis nub. Heb. Super excelsa nubium. Alibi legitur, אעלה על במותי עב Ascendam super excelsa nubis-densæ, Jesa.14.14. Possis & ex Mose loqui, רוכב שמים Inequitans cælis sit in auxilio tuo, Deut.33.26, ubi & sequētia verba leguntur. Est autem periphrasis Dei.

Is extollat te. Largiatur tibi prosperitatem, salvumque ac incolumem conservet. Imitatio ex Psal.37.34. הצלחות Prosperitas, ab הִצְלִיחַ Prosperare vel Prosperari, quod est à צָלַח.

Fructificesq;. Omnimoda benedictione locupleteris.

Voce exultationis. Animo læto: sic Psal.42.5.

N

Cum essem pressus עסוק, טרוד synonima sunt, nisi quòd טרוד assiduitatem includit, pro Assiduus, Assiduè occupatus, Molestia & Labore detentus, pressus & defatigatus, apud Rab.

In rupem fortem. Locus refugii tuti & muniti, in quo salutem, opem & auxilium in necessitate mea reperi. Sic *Turrim robustam.* Plenior locutio in Davide: היה לי לצור מעוז לבית מצודות להושיעני Esto mihi rupes firma, domus munita ad me servandum, Psal.31.ver.3: כי היית מחסה לי מגדל עז מפני אויב Quia fuisti fiducia mea, validaq; turris adversus hostem, Psal.61.4.

Excitatus sum. Excitavi me, studiosè comparavi me ad fidem meam solutione debiti liberandam, נתעוררתי habet formam ex Niphal & Hithpahel compositam, quod sæpè in hoc libro occurrit. Thema est עור.

Uti par fuit. ראוי Dignum, Æquum, Par, Conveniens, Decens: כראוי Sicuti decet, prout dignum est, à רָאָה Vidit, quasi dicas Visu dignum.

Debitum meum. נשי Debitum ex mutuo, Mutuum: שלמי את נשיך Exsolve debitum tuum, 2.Reg.4.7.

In mensura. Eadem qualitate & quantitate, מִדָּה non tantum est mensura, dimensio, sed & Proprietas, Qualitas, Mores. Pro Mensura accipitur Levit.19.35, unde hæc locutio deprompta. מִדָּה כְּנֶגֶד מִדָּה *Mensura pro mensura.* Par pari.

Per latorem præs. Ut epistolâ 42. ע״י Abbreviatura communis est pro עַל יְדֵי Per manus,

Te

Te recepisse. Heb. De receptione tua. קַבָּלָה Receptio à קִבֵּל Recepit.

Tibi adero. Studiis & officiis meis, teque dignè colam.

Paratissimum. Heb. Ecce me: sic concisè id usurpari solet.

Viam præceptorum. Quicquid petieris aut præceperis, expeditè exequar: ex Psal.119.32.

Perpetuæ servituti. Hebr. In excisionem, id est, in mancipium, quod perpetuæ servituti destinatum est: vide Levit.25.v.23.30.

Nec egreditur. In libertatē: Vide Levit.25.28.

Inscriptio.

Justo. Heb. Justitia est cingulum lumborum ejus: Vide Jesa.11.5.

מו

לְשַׁלֵּם נִשְׁיוֹ לִידִידוֹ עִם נְתִינַת חֵן וָחֶסֶד׃

בְּרוֹב עֲסָקַי וְשַׂרְעַפַּי בְּקִרְבִּי אֶת אֲדוֹנִי דָּרַשְׁתִּי
זֶה יָמִים חָלְפוּ לָמוֹ לִהְיוֹת לִי לַעֲזוֹר
בְּנַפְשְׁךָ וּנְדִיבוּתְךָ וְהִנֵּה תַּנְחוּמֶיךָ הֵמָּה יְשַׁעַשְׁעוּ
נַפְשִׁי׳ כִּי נָדִיב נְדִיבוֹת יָעַצְתָּ לְהַטּוֹת לְעַבְדְּךָ חֶסֶד׳
וְהִנֵּה הַיּוֹם אֲשֶׁר הִרְחִיב יְיָ לְעַבְדְּךָ זָכַרְתִּי אֲדוֹנִי
זָכַרְתִּי לָשִׁיב לַאדוֹנִי אֶת נִשְׁיוֹ תְּקַבְּלֵהוּ מִיַּד הַמּוֹבִיל

הַלָּז׃ וְעַתָּה יִיטַב נָא בְּעֵינֵי אֲדוֹנִי לְצַוּוֹת כָּל אֲשֶׁר תִּשְׁאָלְךָ נַפְשְׁךָ עַד מָקוֹם שֶׁיָּדִי מַגַּעַת וְאַל תִּמְנָעֵנִי מִמְּךָ וְכָל עוֹד נִשְׁמָתִי בִּי תַּבַּעְנָה שְׂפָתַי תְּהִלָּה לְהוֹדוֹת לְשֵׁם תִּפְאַרְתְּךָ גַּם בָּרוּךְ תִּהְיֶה׃

גַּב הַכְּתָב

בּוֹטֵחַ בּוֹ בֶּטַח יִשְׁכּוֹן׃ וְאוֹר לוֹ עַד נָכוֹן׃ הַנִּשָּׂא
וְהֶחָשׁוּב כמ״ר פלוני׃

XLVI

Persolvit amico debitum suum,& gratias ipsi agit.

IN multitudine negotiorum & cogitationum mearum intra me,te dominum meum requisivi his diebus præteritis,ut mihi pro tua humanitate ac beneficentia succurreres,ecce consolationes tuæ, ipsæ oblectarūt animum meum. Nam liberalis liberalia consuluisti, me servum tuum benignitate afficiendo. Nunc itaq; quum explicuit me Dominus, recordatus sum,mi domine,recordatus sum, ut tibi restituerem debitum meum, quod recipies è manu tabellarii hujus. Placeat verò tibi mihi vicissim præcipere in omnibus,quæ expetiverit anima tua,usq; eo quò facultas mea pertigerit, neq; me à te rejicias. Quamdiu meus in me fuerit halitus,eructabunt labia mea laudem tuam, & nomen excellens tuum prædicabunt. Vale.

Inscri-

Inscriptio.

Viro fido, &c.

NOTAE.

In multitudine. Cum magna multipliciq; necessitate nuper pressus essem, putavi tuum mihi auxilium implorandum esse.

Consolationes tuæ. Auxilium tuum in mutuanda pecunia, quod mihi solatio in meis curis fuit. Tota hæc locutio petita ex Psal. 94. 19.

Nam liberalis. Liberaliter mihi tua ope succurristi: ex Jesa. 32. 8.

Benignitate affic. Hebr. Inclinando ad servum tuum benignitatem tuam.

Quum explicuit me. Heb. Cùm dilatavit mihi, id est, ex necessitate ista liberarit, & ampliores vitæ commoditates concesserit. Sic, בצר הרחבת לי In angustia (cùm essem) dilatasti mihi, Psal. 4. v. 2. Vide & Gen. 26. 22.

Tabellarii. Vide epist. 42.

Placeat tibi. Heb. Bonum sit in oculis tuis. Sequentia in superioribus explicata sunt.

Eructabunt. Prædicabo beneficentiam tuam: ex Psal. 119. 171.

Vale. Hebr. Etiam benedictus esto. Forma vulgaris.

Inscriptio.

Viro fido. Heb. Qui confidit in eo, securè habitabit, &c. id est, qui sua fide alios conservat.

מז

לְהָשִׁיב חֵן וְחֶסֶד לִידִידוֹ עַל הַשֵּׁירוּת שֶׁעָשָׂה׃

מַה יָּקְרוּ וְנָעֲמוּ רַעְיוֹנֵי מַעֲשֶׂיךָ אֲדוֹנִי וְקָצִין כִּי הִטִּיתָ לְעַבְדְּךָ חֶסֶד לְמַלֹּאות אֶת שְׁאֵלָתִי אֲשֶׁר דָּרַשְׁתִּי מֵאֵת תִּפְאַרְתְּךָ יְשַׁלֵּם לְךָ הָאֱלֹהִים בְּפָעֳלְךָ אֲשֶׁר הֶטִיבוֹתָ אִתִּי לְתִתְּךָ עֶלְיוֹן עַל פְּנֵי כָּל־אַחֶיךָ׃ לָרֶשֶׁת מִשְׁכְּנוֹת הַהַצְלָחוֹת וְהָיִיתָ מוּצָק וְלֹא תִירָא׃ וַאֲנִי וְכוּחוֹתַי הַחֲלוּשִׁים בְּקוֹל רִנָּה וְתוֹדָה לְהוֹדוֹת לְשִׁמְךָ וּלְבָרֵךְ אֶת כָּל מַעֲשֵׂי יָדֶיךָ בְּבַיִת וּבְשָׂדֶה׃ יְהִי מְקוֹר מַעֲשֶׂיךָ בָּרוּךְ וְרַב טוּב בַּאֲסָמֶיךָ וְרוֹב בְּרָכָה בְּקֶרֶב הָאָרֶץ׃ וְאַתָּה תְּצַוֶּה אֶל כָּל בְּנֵי אֻמָּתְךָ לִהְיוֹת לְךָ לַעֲבָדִים לִשְׁמוֹר מִשְׁפָּטֶיךָ וְכֻלָּם יֹאמְרוּ אֵלֶיךָ אֲדוֹנִי אַתָּה נַעֲשֶׂה וְנִשְׁמַע הַכֹּל אֲשֶׁר תְּצַוֶּנוּ׃

גַּב הַכְּתָב

אֱזוֹר הַחֶסֶד וְהָאֱמוּנָה לַאֲדוֹנִי לְמָנָה הָעֲמוּאָף
כְּמ״ר פְּלוֹנִי׃

Gratias

XLVII

